aqua lateres *diluere* posset II, 10, 6. — nec *discernere* suos possent 7, 75, 1. — id *efficere* non posset 5, 50, 3. — quantum *efficere* potuerunt 4, 35, 3. poterant 5, 19, 3. — quantumcumque itineris *efficere* poterat III, 102, 1. — quid adulescentulo duce *efficere* possent 3, 21, 1. — ad litora naves *ejicere* possent III, 25, 3. — eum ex paludibus *elicere* posset 7, 32, 2. — hostes *elicere* posset 5, 50, 3. — neque *erigere* sese possunt 6, 27, 2. — Galli sinistram ex scuto neque *evellere* poterant 1, 25, 3. — quo facilius vada ac decessum aestus *excipere* possent (carinae) 3, 13, 1. — si Romanos *excludere* aut *expellere* possent 7, 55, 9. — hos Suebi *expellere* non potuissent 4, 3, 4. — quae probasset, *exponere* posset III, 57, 3. — quae vellent, *exponere* possent III, 19, 4. — (nullam) vocem *exprimere* posset 1, 32, 3. — (oppidum) *expugnare* non potuit 2, 12, 2. — se id *facere* posse existimare 1, 42, 1. — iter *facere* non posse 7, 66, 5. — quod commodo reipublicae *facere* posset 1, 35, 4. — quod *facere* Pompejus non potuit III, 76, 4. — qui arma *ferre* possint 7, 71, 2. possent 1, 29, 1; 2. 2, 28, 2. 4, 19, 2. 7, 75, 1. — auxilium *ferre* non possent 1, 13, 5. posset III, 72, 2. — neque animo ignominiam *ferre* posse I, 84, 4. — impetum *ferre* non potuerunt 4, 35, 2. 6, 8, 6. neque II, 25, 5. — inopiam *ferre* non posse 7, 77, 5. — laborem *ferre* non posset 6, 31, 5. possent 7, 20, 5. — nec *ferre* laborem posse 7, 20, 11. — neque ii morantibus opem *ferre* poterant I, 79, 3. — sese (horum) ne vultum quidem *ferre* potuisse 1, 39, 1. — hi neque vultum *fingere* poterant 1, 39, 4. — (Caesarem) bellum eo die potuisse *finire* III, 51, 3. — quae *habere* possent III, 10, 4. — quod *habere* victoria posset 7, 20, 7. — nec frumentandi rationem *habere* possent 7, 75, 1. — nec equos *incitare* poterant II, 41, 4. — ut bellum *inferre* possent 1, 2, 4. — si hostem Hibero *intercludere* potuissent I, 68, 3. — quos *interficere* potuisset 7, 41, 1. — ne quem locum nostri *intrare* possent III, 44, 4. — spatii brevitas non multum ad summam victoriae *juvare* poterat

I, 82, 3. — si Italiam metu *liberare* possint I, 9, 1. — salutem propinqui *neglegere* (non) posset 7, 39, 3. — ne quid ignis, hostium *nocere* posset II, 9, 4. — minus facile omnia per se *obire* possent 5, 33, 3. — si principatum *obtinere* non possint 1, 17, 3. — quantum loci acies instructa *occupare* poterat 2, 8, 2. — legionem sperans Caesar se *opprimere* posse III, 67, 2. — conspectum suum hostes *perferre* possent 7, 19, 4. — conventum Salonis neque *permovere* posset III, 9, 2. — quae secum *portare* non poterant 2, 29, 4. — quid secum *portare* posset 5, 31, 4. — ubi tegimenta *praependere* possent II, 9, 3. — quid fieri oporteret, ipsi sibi *praescribere* poterant 2, 20, 3. — sive eum obsidione *premere* posset 7, 32, 2. — id se facile *probare* posse 5, 27, 4. — apud quos cum *proficere* nihil posset III, 22, 2. — si quid *proficere* posset 6, 29, 4. — si hostem frumento *prohibere* potuissent I, 68, 3. — Pompejus munitiones Caesaris *prohibere* poterat III, 44, 1. — qui machinationes *promovere* possent 2, 31, 2. — minus facile, quid faciendum esset, *providere* possent 5, 33, 3. — rem posse casus *recipere* intellegebant I, 78, 3. — si civitates *reciperare* posset 7, 89, 5. — gratiam atque amicitiam *redimere* posset 1, 44, 12. — sese pacem *redimere* (non) potuisse 1, 37, 2. — errantem *regere* posset III, 57, 3. — si nullam partem Germanorum domum *remittere* posset 1, 43, 9. — ne bellum *renovare* posset III, 102, 1. — si aditum *reperire* possent 6, 37, 4. — hos *reperire* posse 1, 40, 8. — neque (ideneos portus) *reperire* poterat 4, 20, 4. — si quid *reperire* possent 7, 20, 10. — ut, quae agat, *scire* possit 1, 20, 6. — Germani, quid ageretur, *sentire* possent 4, 14, 1. — quid gravius de vobis *sentire* possunt 2, 32, 4. — impedimenta cohortis *servare* non possent I, 70, 2. — me *servare* non possum 7, 50, 4. — nostri neque ordines *servare* poterant 4, 26, 1. — si quos fortuna *servare* potuisset, II, 41, 8. — neque sese *sublevare* possunt 6, 27, 2. — quem non *superare* possint 4, 7, 5. — neque civitates frumentum *suppor-*

tare poterant I, 48, 4. — frumentum exercitui *supportare* posset III, 43, 2. — hostium copias *sustinere* possint 7, 5, 2. — non posse ejus imperia *sustinere* 1, 31, 13. — hostes impetum *sustinere* non possent 5, 18, 5. — ut impetum *sustinere* posset 5, 47, 4. — impetum Galli *sustinere* non potuerunt 7, 13, 2. — neque impetum *sustinere* potuerunt 7, 62, 8. — vires videbantur *sustinere* non posse (fluminis impetum) I, 64, 4. — *sustinere* Pompejani non potuerunt (impetum) III, 94, 2. — Galli nostrorum impetus *sustinere* non possent 1, 26, 1. — non posse inopiam *sustinere* confideret I, 69, 2. — neque multitudinem telorum *sustinere* potuerunt III, 95, 5. — ut munus militiae *sustinere* possint 6, 18, 3. — (se) oppugnationem *sustinere* non posse III, 80, 3. — ut jam se *sustinere* non posset 2, 25, 1. — sese diutius *sustinere* non posse 2, 6, 4. — vim morbi *sustinere* non potuit III, 18, 1. — (civitates) suam vim *sustinere* non posse 4, 3, 1. — neque aggeres neque fossae vim hostium *sustinere* poterant 7, 87, 3. — nec equitum vim cetrati *sustinere* potuerunt I, 70, 5. — eorum vim nullae vineae *sustinere* possent II, 2, 1. — quos non murus *tardare* potuisset 7, 52, 3. — equites cursum *tenere* non potuerunt 4, 26, 5. — nulla (navis) cursum *tenere* posset 4, 28, 2. — cognoscit naves cursum *tenere* non potuisse 5, 5, 2. — hi neque lacrimas *tenere* poterant 1, 39, 4. — neque se praesidium *tenere* posse III, 36, 6. — Pompejus propositum *tenere* non potuit III, 42, 1. — sacramento vos *tenere* qui potuit II, 32, 9. — si controversias *tollere* possint I, 9, 1. — possent neque auderent flumen *transire* I, 62, 1. — paratos esse sese, posse et audere *transire* flumen I, 64, 2. — si *transire* possent (flumen) I, 83, 4. — ut vado *transire* posset (Caesar flumen) III, 30, 4. — et posse et audere exercitum Rhenum *transire* 4, 16, 1. — adversum hostem *videre* nemo potuit 1, 26, 2. — neque tela conferti *vitare* poterant 5, 35, 4. — **praeopto**: (Galli) praeoptarent scutum manu *emittere* 1, 25, 4. — **praetermitto**: reliqua *quaerere* praetermittit II, 39, 2. — **probo**: Caesar probabat coactis navibus mare

transire I, 29, 1. — **propero**: (quae) quisque *petere* atque *arripere* properaret 5, 33, 6. — **puto**: leporem et gallinam et anserem *gustare* fas non putant 5, 12, 6. — hospitem *violare* fas non putant 6, 23, 9. — **soleo**: quas (litteras) *scribere* est solitus III, 71, 3. — **statuo**: statuisse imperatorem triduo exercitum *deducere* 7, 20, 11. — **studeo**: reliquas civitates Caesari *conciliare* studebat III, 55, 4. — oppidum in sua potestate studuissent *habere* II, 21, 1. — ne latos fines *parare* studeant 6, 22, 3. — pastores sub oculis domini suam *probare* operam studebant I, 57, 4. — **sum**: sese paratos esse portas *aperire* I, 20, 5. — (se) paratos esse obsides *dare* 2, 3, 3. — sese paratos esse injurias *defendere* I, 7, 8. — (se) paratos esse imperata *facere* 2, 3, 3. — sese paratos esse, quae imperaverit, *facere* I, 20, 5. — (se) paratos esse (populum Romanum) oppidis *recipere* et frumento *juvare* 2, 3, 3. — sese paratos esse L. Domitium *tradere* I, 20, 5. — paratum se esse legionem *tradere* II, 20, 7. — paratos esse sese posse et audere *transire* flumen I, 64, 2. — **timeo**: timebat tantae magnitudini fluminis exercitum *objicere* I, 64, 3. — **vereor**: quos *interficere* vereretur 5, 6, 5. — sua mandata *perferre* vererentur III, 57, 2. — **volo**: eas nationes *adire* volebat 3, 7, 1. — testimonium *afferre* vellent III, 53, 3. — eas regiones *cognoscere* volebat 3, 7, 1. — qui eam rem *cognoscere* volunt 6, 13, 11. — is vellet controversias regum *componere* III, 109, 1. — fidem erga Pompejum *conservare* voluerint I, 84, 3. — si *continere* ad signa manipulos vellet 6, 34, 6. — velle, si sibi fiat potestas, Caesarem *convenire* I, 22, 1. — velintne eductos milites ad Ciceronem *deducere* 5, 27, 9. — neque officium *deserere* vellet III, 18, 1. — *monere* aliquid velle et *dicere* videretur II, 35, 1. — habere sese quae *dicere* vellent 5, 26, 4. — si sententias *dicere* velint I, 1, 2. — suis satis *facere* vellent III, 60, 5. — civitates *habere* obstrictas volebat 1, 9, 3. — Romani (petunt aut volunt) his *injungere* servitutem 7, 77, 15. — *monere* v. dicere III, 35, 1. — hoc volunt *perssua-*

dere 6, 14, 5. — quas (res) ab eo *petere* vellent 1, 30, 4. — neque rempublicam exercitu *privare* voluisse III, 90, 2. nisi vultis aquilam hostibus *prodere* 4, 25, 3. — se *recipere* vellent I, 45, 3. — si velit suos *recipere* 3, 8, 5. — neque hostem *relinquere* volebat 4, 22, 2. — fraudata *restituere* vellent III, 60, 5. — dum *sarcire* detrimentum volunt I, 45, 2. — locum *tenere* vellent 5, 35, 4. — seu vivum *tradere* velint 7, 89, 2. — quem si qui *vitare* voluerunt II, 24, 4.

b) deponentis: **audeo**: ut tam exiguam manum *adoriri* non audeant 6, 8, 1. — neque nostri cedentes *insequi* auderent 2, 19, 5. — **coepi**: eos *hortari* coeperunt III, 103, 4. — singulos *hortari* coepit 5, 6, 4. — (Helvetii nostros) a novissimo agmine *insequi* coeperunt 1, 23, 3. — suos *obtestari* coeperunt 7, 48, 3. — eorum agros *populari* coeperint (Aedui) 2, 5, 3. — (Caesar) eos *sequi* coepit 1, 26, 6. — hunc naves *sequi* coeperunt II, 22, 3. — **cogito**: impeditos in agmine *adoriri* cogitabant 3, 24, 3. — **conor**: civitas armis jus suum *exsequi* conaretur 1, 4, 3. — **constituo**: novasque amicitias *experiri* constituerunt III, 60, 3. — **consuesco**: incitatos equos brevi *moderari* consuerint 4, 33, 3. — qui fere bella et civiles dissensiones *sequi* consuevit III, 1, 3. — **contendo**: pluribus navibus *adoriri* singulas contendebant I, 58, 1. — **cupio**: praegressos *consequi* cuperet III, 77, 3. — **debeo**: sese plurimum Caesari *confideri* debere 5, 27, 2. — debere utrumque non amplius fortunam *periclitari* III, 10, 3. — debere eos Italiae auctoritatem *sequi* I, 35, 1. — **desisto**: Aeduos *adhortari* non destitit 7, 17, 2. — illi pecuniam *polliceri* non desistunt 6, 2, 1. — Scipio Cassium *sequi* desistit III, 36, 7. — **dubito**: necubi dubitet suan fidem virtutemque *experiri* II, 33, 1. — **incipio**: Aedui mortem *deprecari* incipiunt 7, 40, 6. — ordines *hortari* incipit II, 41, 2. — (agmen) multitudine *morari* incipiunt I, 63, 2. — **instituo**: frumentum parce *metiri* instituit 7, 71, 7. — **paro**: Treveri Labienum *adoriri* parabant 6, 7, 1. — **possum**: si imprudentes *adoriri* posset III, 30, 2. — ut perterritos *adoriri* posset II,

39, 6. — (collem) *circumplecti* non potuerant nostri 7, 83, 2. — copias ut *consequi* posset 1, 13, 1. — quod non *consequi* possent 7, 47, 3. — eam rem *consequi* (non) poterant 2, 1, 4. — neque eam *imitari* potuerunt 6, 40, 6. — neque *insequi* cedentes possent (nostri) 5, 16, 1. — nec *moderari* suos possent 7, 75, 1. — neque nautae vim tempestatis *pati* possent 5, 10, 2. — neque fugientes *prosequi* poterant II, 41, 4. — cum nostri eos *sequi* non potuissent 1, 26, 5. — (nostri) neque signa *subsequi* poterant 4, 26, 1. — qui suos fines *tueri* non potuerint 4, 8, 2. — quod *tueri* parva manu non poterat III, 111, 6. — *tueri* se posse confisi sunt II, 10, 1. — sine quibus urbem *tueri* non potest II, 32, 3. — **probo**: Caesar probabat Pompejum *sequi* I, 29, 1, — **sum**: extremam *pati* fortunam paratos (vos) projecit ille II, 32, 8. — se paratum (esse) omnia *pati* I, 9, 5, — illi omnia *perpeti* parati laborabant III, 9, 5. — **volo**: quos (homines) pro scelere *ulcisci* velint (dii) 1, 14, 5.

C) Objectum infinitivi est constructio accusativi cum infinitivo: **coepi**: *queri* atque *indignari* coepit regem ad causam dicendam evocari III, 108, 1. — omnes *significare* coeperunt sese in eius fidem venire 2, 13, 2. — **debeo**: debere se *suspicari* Caesarem (exercitum) habere 1, 44, 10. — **nolo**: noli *existimare* hunc esse exercitum III, 87, 2. — **possum**: id iis eripi quis *pati* posset 1, 43, 8. — neque se neque reliquos municipes *pati* posse Caesarem prohiberi I, 13, 1.

D) Verbum regens habet praeter infinitivum alterum objectum, nempe nomen in accusativo: *a)* infinitivus solus: *α)* **activi**: **adsuefacio**: equos *remanere* vestigio adsuefecerunt 4, 2, 3. — **cogo**: non praecepta propinquorum (naves) ad periculum *adire* cogebant II, 7, 1. — hi hostes loco *cedere* cogebant II, 41, 4. — Octavium in naves *confugere* coëgerunt III, 9, 7. — hostem *consistere* cogit I, 45, 1. — hunc milites *consistere* coëgerunt I, 13, 3. — viatores invitos *consistere* cogant 4, 5, 2. — illum secum *decertare* cogeret III, 78, 3. — Tuberonem *excedere* eo loco cogit I,

31, 3. — nonnullos Gallicis rebus *favere* natura cogebat 6, 7, 7. — (Aeduos) *jurare* cogerent 6, 12, 4. — reliquas turpiter *refugere* coëgerunt III, 24, 3. — (eos) *transire* cogunt 6, 22, 2. — (illos) in ded tionem *venire* coëgit 6, 3, 2. — **jubeo**: (ipse) civitatem *animadvertere* juberet 1, 19, 1. — legiones suas *antecedere* jussit I, 87, 4. — Caesar equites *cedere* jubet 5, 50, 5. — milites equitesque *conscendere* in naves jubet 5, 7, 4. — signa *consistere* juberent I, 79, 4. juberet III, 69, 5. — sibi quemque *consulere* jussit 6, 31, 2. — (eosdem) *consurgere* jussit III, 98, 2. — (classem) jubet *convenire* 4, 21, 4. — equitatum *convenire* jubet I, 82, 2. — equites *convenire* jubet 7, 64, 1. — (illos) ad signa *convenire* juberet 6, 1, 2. — milites certum in locum *convenire* jubet 5, 1, 6. — jubet multitudinem *convenire* 6, 4, 1. — omnes *convenire* jubet 5, 2, 3. — partem copiarum *convenire* jubet 7, 7, 5. — principes ad se *convenire* jubebat 7, 36, 3. — quas (naves) *convenire* jusserat 3, 11, 5. — omnem senatum ad se *convenire* jussit 2, 5, 1. — Sequanos *decedere* juberet 1, 31, 10. — eos *descendere* jussit III, 98, 1. — aciem in armis *esse* jussit 1, 49, 2. milites III, 109, 3. — alteram alteri praesidio *esse* jusserat III, 89, 1. — quas expeditas *esse* jusserat 7, 11, 8. — civitatem immunem *esse* jusserat 7, 76, 1. — (suos) jussit loco *excedere* III, 45, 4. — duas legiones in armis *excubare* jubet 7, 11, 6. — milites ex oppido *exire* jussit 2, 33, 1. — (exercitum) *hiemare* jussit 5, 24, 2. (legionem) 5, 25, 4. — equitatum contra hostem *ire* jubet 7, 67, 2. — sibi legiones alias *occurrere* jussit III, 98, 3. — militibus legatos *praeesse* jussit 5, 24, 5. — tertiam aciem *procurrere* jussit III, 94, 1. — antesignanos *procurrere* jubet I, 43, 3. — triremes duas ad fauces portus *prodire* jussit III, 24, 1. — partem in castris *remanere* jussit III, 97, 3. — suos *remigrare* in agros jusserunt 4, 27, 7. — eas (legiones) *requiescere* jussit III, 98, 3. — (legiones) in itinere *resistere* jubet 5, 11, 1. — Divitiacus civitatem *statuere* jubeat 1, 19, 5. — duas in

stationem cohortes *succedere* jussit 4, 32, 2. — eo equitatum omnem *venire* jusserat III, 2, 2. — eum ad regem *venire* jusserunt III, 104, 1. — Indutiomarum ad se *venire* jussit 5, 4, 1. — jubet legionem ad se *venire* 5, 46, 2. — omnem ad se senatum *venire* jussisset 5, 54, 3. — **patior**: se patiatur *accedere* (Caesarem Pompejus) I, 9, 6. — liberos ad se *adire* non patiuntur 6, 18, 3. — reliquos *consistere* (non) patiuntur 3, 6, 2. — ne patiatur civitatem ab amicitia populi Romani *deficere* 7, 39, 3. — ut eos *ire* paterentur 1, 6, 3. — ut Helvetios *ire* patiantur 1, 9, 4. — **prohibeo**: silvae confertos *adire* prohibebant 6, 34, 4. — cuniculos moenibus *appropinquare* prohibebant 7, 22, 5. — leges duo (fratres) in senatu *esse* prohiberent 7, 33, 3. — Germanos *transire* prohibebant 4, 4, 3. — **veto**: haec (impedimenta) *conquiescere* ante iter confectum vetuit III, 75, 1. — ab opere singulisque legionibus singulos legatos *discedere* vetuerat 2, 20, 3. — β) **deponentis**: **jubeo**: muliones collibus *circumvehi* jubet 7, 45, 2. — electos (antesignanos) inter equites *proeliari* juberet III, 84, 3. — Cavarinum secum *proficisci* jubet 6, 5, 2. — cohortes secum *proficisci* jussit 4, 32, 2. — Crassum in Aquitaniam *proficisci* jubet 3, 11, 3. — Cn. Domitium in Macedoniam *proficisci* jussit III, 34, 3. — (illos) ad se *proficisci* juberet 6, 1, 2. — Labienum *proficisci* jubet 6, 33, 1. 7, 90, 4. — jubet legionem *proficisci* 5, 46, 2. — (legionem) *proficisci* jubet 5, 25, 4. — duas legiones ad eum *proficisci* jubet 6, 5, 6. — (naves) in Venetos *proficisci* jubet 3, 11, 5. — equites in portum *progredi* jussit 4, 23, 1. — naves *progredi* jubet 7, 60, 1. — eas (legiones) in castra *reverti* jussit III, 98, 3. — Helvetios in fines suos *reverti* jussit 1, 28, 3. — legationes ad se *reverti* jussit 2, 35, 2. — Labienum legatum cum legionibus tribus *subsequi* jussit 2, 11, 3. — legionem unam *subsequi* jussit III, 102, 1. — legiones *subsequi* jussit 5, 18, 4. jubet I, 8, 1; 37, 2. — *subsequi* pabulatores jubet I, 80, 4. — reliquas (legiones) *subsequi* jussit I, 87, 4. — quos suis finibus atque

oppidis *uti* jussit 2, 28, 3. — **patior**: neque quemquam *egredi* passus esset 6, 36, 1. — neque *regredi* nostros patiebantur III, 45, 5. — **prohibeo**: nostros navibus *egredi* prohibuerant 4, 24, 1. — qui Teutonos Cimbrosque intra fines suos *ingredi* prohibuerint 2, 4, 2. — nostros intra munitiones *ingredi* prohibebant 5, 9, 5. — cur se *uti* populi beneficio prohibuisset I, 32, 3. — (nostros equites) latius *vagari* prohibebat 5, 19, 2. — γ) desideratur nomen objectum verbi regentis: **jubeo**: toto Hibero naves *conquirere* jubent I, 61, 5. — castra secundum mare *munire* jussit III, 65, 3. — Curio *pronuntiare* onerariis navibus jubet, se in hostium habiturum loco, qui.. II, 25, 6. — jusserunt *pronuntiare*, ut.. 5, 33, 3. — duces tota acie *pronuntiare* jusserunt, ne.. 5, 34, 1. — castra *metari* jussisset III, 13, 3.

b) infinitivus habet objectum in casu accusativo: α) **activi**: **cogo**: reliquos sese *convertere* cogunt I, 46, 1. — (illos) obsides sibi *dare* coëgit 6, 3, 2. — Cotum imperium *deponere* coëgit 7, 33, 3. — Orgetorigem causam *dicere* coëgerunt 1, 4, 1. — gubernatorem in terram navem *ejicere* cogunt III, 28, 5. — idem *facere* cogunt eos 7, 42, 5. — illum suis auxilium *ferre* cogeret III, 78, 4. — magnam (pecuniam) societates provinciarum sibi *numerare* coëgerat III, 3, 2. — mercatores, (quid) cognoverint, *pronuntiare* cogant 4, 5, 2. — (hostem) terga *vertere* seque *recipere* cogit I, 45, 1. — terga *vertere* adversarios coëgissent I, 47, 3. nostros I, 47, 2. — dejectos terga *vertere* coëgerunt III, 63, 8. Pompejanos III, 46, 5. — **jubeo**: (illos) suos *appellare* jubet 7, 40, 5. — T. Labienum (montem) *ascendere* jubet 1, 21, 2. — Graecos murum *ascendere* atque arma *capere* juberet III, 11, 3. — proximos colles *capere* universos jubet II, 42, 1. — equitum partem *circumire* munitiones jubet 7, 87, 2. — milites aggerem jubet *comportare* III, 62, 1. — equites naves *conscendere* jussit 4, 23, 1. — milites naves *conscendere* jubet I, 27, 5. — milites sacramentum *dicere* jubet I, 23, 5. — trium mensium molita cibaria sibi quem-

que domo *efferre* jubent 1, 5, 3. — eos in eo loco suum adventum *expectare* jussisset 1, 27, 2. — tegimenta milites ex viminibus *facere* jubet III, 62, 1. — dierum triginta frumentum *habere* omnes convectum jubet 7, 74, 2. — reliquos cohortatus milites signa *inferre* et manipulos *laxare* jussit 2, 25, 2. — Plancum cum legione jubet hos comprehensos ad se *mittere* 5, 25, 4. — tertiam (aciem) castra *munire* jussit 1, 49, 2. (legatum cum cohortibus) 2, 5, 6. — Convictolitavem potestatem *obtinere* jussit 7, 33, 3. — (montem) magno cursu concitatos jubet *occupare* I, 70, 4. — antesignanos tumulum *occupare* jubet I, 43, 3. — tertiam (aciem) opus *perficere* jussit 1, 49, 4. — easdem omnes jubet *petere* regiones 7, 45, 3. — Morini (milites Caesaris) arma *ponere* jusserunt 4, 37, 1. — eos arma *projicere* jussit III, 98, 1. — duas acies hostem *propulsare* jussit 1, 49, 4. — equitatum in castra se *recipere* jussit III, 76, 1. — Caesar equites se *recipere* jubet 5, 50, 5. (Caesar suos) *recipere* se jussit III, 45, 4. — milites ex labore sese *reficere* jussit 7, 83, 7. — ipsos oppida vicosque *restituere* jussit 1, 28, 3. — legatum portum *tenere* jussit 4, 22, 6. — (legatum) in Africam *traducere* exercitum jubet I, 30, 2. — **patior**: hic Tuberonem neque affectum valetudine filium *exponere* in terram patitur I, 31, 3. — patiantur (se) eos (agros) *tenere* 4, 7, 4. — ne quos Rhenum *transire* pateretur 1, 43, 9. — **prohibeo**: ut mare *transire* Caesarem prohiberet III, 5, 2. — β) **deponentis**: **cogo**: cives tritici modium CXX milia *polliceri* coëgit II, 18, 4. — **jubeo**: equitum partem hostes *adoriri* jubet 7, 87, 2. — centuriones se *sequi* jubet 5, 37, 1. — equites se *sequi* jussit 4, 23, 1. — equites *sequi* jubet sese II, 39, 6. — (hos) se *sequi* jussit I, 14, 4. — equitum partem se *sequi* jubet 7, 87, 2. — quam (legionem) se *sequi* jusserat III, 106, 1. quas 7, 88, 1. — (milites) *sequi* sese jubet II, 34, 5. — impedimenta se *subsequi* jussit 7, 68, 1. — cohortes confestim sese *subsequi* jussit 4, 32, 2. — equitatum ag-

men *subsequi* jussit 4, 13, 6. — peditatum sese *subsequi* jubet 5, 38, 1. — **veto**: eos (milites) fugientes (hostes) Caesar *prosequi* vetuit 5, 9, 7.

Secundum exempla sub A—C) infinitivus activi et deponentis his verbis conjungitur: *aggredior, apparo, audeo, coepi, cogito, conor, constituo, consuesco, contendo, cupio, debeo, decerno, desino, desisto, destino, dubito, gravor, incipio, instituo, intendo, intermitto, malo, maturo, neglego, nitor, nolo, paro, persevero, polliceor, possum, praeopto, praetermitto, probo, prohibeo* (semel, v. infra), *propero, recuso, soleo, statuo, studeo, sum paratus, timeo, vereor, volo;* infinitivus passivi: *consuesco, debeo, existimo* (semel), *intellego* (semel), *jubeo, patior, possum, soleo, volo.* Infinitivus invenitur etiam conjunctus cum his locutionibus: *consilium capio, necesse habeo, satis habeo, fas (non) puto, habeo in animo, turpe existimo, periculosum puto.*

Quamquam infinitivus in his locis locum accusativi occupat, inveniuntur tamen nonnulli loci, ex quibus demonstrari posset infinitivum nominativi loco usurpatum esse, sicuti: causa haec esse consuevit III, 47, 2; liberam debere esse Galliam 1, 45, 3; Galli auctores esse nolebant 3, 17, 3; dii pares esse possent 4, 7, 5; si purgati esse vellent 1, 28, 1; ubi praedicatum nominale (ut ita dicam) quod additur ad verbum auxiliare, casu nominativo legitur. Cujus rei causa haec est, quod verbum *esse* re vera nullum significationem habens, solum formam sententiae dat, partes vero sententiae formas suas subjecto accommodant, neque casum, quem infinitivum recepisse suppo-

nimus, accipiunt. Itaque, cum praedicatum nominale cum subjecto conjungitur, casum subjecti servat.

Cum verbis sub D) *(adsuefacio, cogo, jubeo, patior, prohibeo, veto)* non solum infinitivus conjungitur, sed praeter hunc habent nomen objectum in accusativo. Hoc objectum nonnunquam etiam desideratur. Verbum *prohibeo* uno loco (7, 17, 1) cum infinitivo solo conjunctum legitur; verba *jubeo* et *patior*, conjuncta cum infinitivo passivi, nomen objectum, ut facile patet, non habent.

II.

Infinitivus nominativi loco.

Infinitivus nominativi loco est:

A) subjectum sententiae: *a) α)* inf. praes. act.: **est:** erat iniqua condicio *postulare*, ut.. I, 11, 1. — erat magni periculi res, tantulis copiis iniquo loco *dimicare* 5, 49, 6. — cum non minus esset imperatoris consilio *superare*, quam gladio I, 72, 2. — quo praeter sacerdotes *adire* fas non est III, 105, 5. — non necesse sit nobis Gergoviam *contendere* 7, 38, 7. — neque erat facile nostris uno tempore *propugnare* et *munire* III, 45, 3. — facile erat ex castris *prospicere* in urbem II, 5, 3. — **licet:** petierunt ut sibi cum eo *agere* liceret 1, 31, 1. — ut ejus voluntate *discedere* liceret 1, 39, 3. — quibus licet jam *esse* fortunatissimos 6, 35, 8. — iis *excedere* ex finibus non liceret 7, 33, 2. — nulli ex itinere *excedere* licebat I, 79, 5. — *remanere* uno in loco licet 4, 1, 7. — **traditur:** Germanorum consuetudo haec sit tradita, quicumque bellum inferrent, *resistere* 4, 7, 3. — **videtur:** neque in loco *manere* neque *procurrere* tutum videbatur II, 41, 6. — β) inf. praes. act. cum objecto: **affert:** tempus vero colloquio non *dare* magnam pacis desperationem afferebat I, 11, 3. — **est:** maxima laus est

solitudines *habere* 6, 23, 1. — animi est ista mollitia, non virtus, paulisper inopiam ferre non *posse* 7, 77, 5. — inopiam *excusare* et difficultates *proponere* mediocris est animi; integras vero *tenere* possessiones cujus animi est? III, 20, 3. — quid ergo mei consilii est? *facere*, quod . . 7, 77, 12. — clientibus nefas est *deserere* patronos 7, 40, 7. — necesse erat *adire* Apolloniam III, 78, 1. — non necesse sit cum Arvernis nosmet *conjungere* 7, 38, 7. — erat difficile opera *perficere* et tela *vitare* I, 50, 3. — quod illis *prohibere* erat facile I, 50, 2. — quid est illis optatius quam et nos *circumvenire* et vos nefario scelere *obstingere* II, 32, 4. — quibus erat proclive *tranare* flumen 1, 48, 7. — **habet usum**: quantum usum haberet reliquis civitatibus *inferre* terrorem III, 80, 6. — **licet**: ut id sibi *facere* liceat 1, 7, 3. liceret 1, 30, 4. — quod lic[ere sibi cred]eret libere *facere*, quod vellet II, 29, 3. — ut sibi concilium *indicere* liceret 1, 30, 4. — liceretne civibus ad cives legatos *mittere* III, 19, 2. — ut sibi ad Pompejum legatos *mittere* liceret III, 17, 2. — ut eos *reddere* liceret 1, 35, 3. — hic commutationem fortunae *videre* licuit III, 27, 1. — in castris Pompeji *videre* licuit trichilas structas III, 96, 1. — **placet**: majori parti placuit castra *defendere* 3, 3, 4. — **praestat**: copiasne adversus hostem *ducere*, an castra *defendere*, an fuga salutem *petere* praestaret 4, 14, 2. — **videtur**: commodissimum visum est C. Valerium Procillum ad eum *mittere* 1, 47, 4. — sic neque ordines *servare* et casum *subire* tutum videbatur II, 41, 6. — praestare visum est suorum voluntates (non) *alienare* 7, 10, 2. — γ) inf. praes. dep.: **conceditur**: de re publica *loqui* non conceditur 6, 20, 3. — **est**: erat et *materiari* et *frumentari* necesse 7, 73, 1. — **habet usum**: quantum usum haberet *potiri* oppido III, 80, 6. — **habetur**: neque turpius quicquam aut inertius habetur, quam ephisppis *uti* 4, 2, 4. — **licet**: e castris *egredi* non liceret 6, 36, 2. — ut in oppidum *reverti*

liceat I, 22, 6. — licebat latiore *uti* spatio I, 58, 1. — **nuntiatur**: nuntiatur in castris Romanorum *tumultuari* 7, 61, 3. — **pudet**: ut ad sanitatem *reverti* pudeat 7, 42, 4. — **traditur**: Germanorum consuetudo haec sit tradita, quicumque bellum inferant, (non) *deprecari* 4, 7, 3. — **videtur**: expelicitius videbatur Ilerdam *reverti* I, 78, 2. — δ) inf. praes. dep. cum objecto: **affert**: (se non) accessurum *polliceri* magnam pacis desperationem afferebat I, 11, 3. — **est**: calamitatem aut propriam suam aut temporis *queri* mediocris est animi III, 20, 3. — **licet**: hic *cognosci* licuit quantum esset praesidii in .. III, 28, 4. — tumulos *conspicari* licet 6, 17, 4. — quod lic[ere sibi cred]eret libere *sequi*, quod vellet II, 29, 3. — **oportet**: frumentum militibus *metiri* oporteret 1, 16, 5. exercitui 1, 23, 1. — **placet**: majori parti placuit rei eventum *experiri* 3, 3, 4. — **videtur**: praestare visum est (omnia) *perpeti* 7, 10, 2. — ε) inf. praes. pass.: **affert**: contra opinionem militum famamque omnium *videri* proelium defugisse magnum detrimentum afferebat I, 82, 2. — **convenit**: quo tempore *contendi* conveniat 7, 85, 2. — **debet**: quanta (contentione) *agi* debuit III, 111, 5. — a viris fortibus *pugnari* debuit 2, 33, 4. — **incipitur**: antequam de mandatis *agi* inciperet(ur) III, 11, 1. — **licet**: ei consulem *fieri* liceret III, 1, 1. — **oportet**: ipsi *concedi* non oporteret 1, 44, 8. — cum ad arma *concurri* oporteret 2, 20, 1. — **placet**: deliberatur de Avarico, *incendi* placeret, an *defendi* 7, 15. 3. — **potest**: qua vi militibus *noceri* posset II, 16, 2. — dum ab illo *rediri* posset III, 16, 5. — (ne) minus facile *resisti* posset 1, 37, 4. — ut, si dimicaretur, posset *resisti* III, 63, 2. — neque subsidio *veniri* (posset) 3, 3, 2. — priusquam subsidio *veniri* posset 7, 36, 7. — **videtur**: non iniquo loco posse *dimicari* videretur III, 85, 4. — contrariam in partem *iri* videbatur I, 69, 1.

b) etiam in constructione accusativi cum infinitivo: α) inf. praes. act.: **esse**: Pompejo esse in animo reipublicae non *deesse* I, 1, 4. — *exspectare* vero summae dementiae esse

judicabat 4, 13, 2. — navibus *transire* neque suae neque populi Romani dignitatis esse statuebat 4, 17, 1. — *ignoscere* imprudentiae dixit 4, 27, 5. — neque suarum esse virium *discernere* I, 35, 3. — opus esse in conspectum exercitum *venire* II, 27, 2. — non alienum esse videtur . . de moribus . . *proponere* 6, 11, 1. — a bello *discedere* detrimentosum esse existimabat 7, 33, 1. — respondit non fuisse difficile *cavere* 1, 14, 2. — nec facile (esse) *adire* apertos ad auxiliandum animadvertebant 7, 25, 1. — iniquum esse de stipendio *recusare* 1, 44, 4. — navibus *transire* neque satis tutum esse arbitrabatur 4, 17, 1. — **licere**: sed licere in Ubiorum finibus *considere* 4, 8, 3. — licere illis incolumibus *discedere* 5, 41, 6. — **oportere**: ipsi neque ab signis *discedere* censuerant oportere I, 44, 3. — β) inf. praes. act. cum objecto: **esse**: renuntiatur Helvetiis esse in animo iter *facere* I, 10, 1. sibi 1, 7, 3. — non esse consuetudinem populi Romani *accipere* ab hoste armato condicionem 5, 41, 7. — neque fas esse existimant ea literis *mandare* 6, 14, 3. — opus esse colloquendi *dare* facultatem II, 27, 2. — Caesar commodissimum esse statuit eo legionarios milites *imponere* 1, 42, 5. — quid esse levius aut turpius, quam auctore hoste *capere* consilium 5, 28, 6. — longum esse Romanis auxilium *exspectare* 6, 8, 1. — optimum factu esse duxerunt frumento nostros *prohibere* et rem in hiemem *producere* 4, 30, 2. — perfacile factu esse illis probat conata *perficere* 1, 3, 6. — perfacile esse factu pabulationibus Romanos *prohibere* 7 64, 2. — **interesse**: magni interesse arbitrabatur cohortes, ad se *traducere* I, 21, 1. — **licere**: lic[ere sibi cred]eret libere *facere*, quod vellet II, 29, 3. — **oportere**: nullum spatium perterritis *dare* oportere existimans III, 95, 1. — ipsi ordines *servare* censuerant oportere I, 44, 3. — **praestare**: praestare omnes *perferre* acerbitates quam non parentarent 7, 17, 7. — praestare Gallorum quam Romanorum imperia *perferre* 1, 17, 4. — praestare interfici quam non gloriam *recuperare* 7, 1, 8. —

γ) inf. praes. dep.: **esse**: neque suam neque populi Romani consuetudinem (esse) *pati*, uti . . 1, 45, 1. — perfacile esse totius Galliae imperio *potiri* 1, 2, 2. — tutius esse arbitrabatur victoria *potiri* 3, 24, 2. — **interesse**: magni interesse arbitrabatur quam primum oppido *potiri* I, 21, 1. — **licere**: licere illis incolumibus sine metu *proficisci* 5, 41, 6. — δ) inf. praes. dep. cum objecto: **esse**: neque esse quicquam negotii hanc sub sarcinis *adoriri* 2, 17, 2. — **licere**: lic[ere sibi cred]eret libere *sequi*, quod vellet II, 29, 3. — **praestare**: praestare dicebant in pugna belli fortunam *experiri*, quam desertos gravissimum supplicium *perpeti* II, 30, 2. — sibi praestare quamvis fortunam *pati* 2, 31, 6. — ε) inf. praes. pass.: **esse**: aquum esse ab iis *impetrari* ut . . . 7, 29, 7. — **oportere**: jurejurando *confirmari* oportere ne . ., 7, 66, 7. — *exspectari* diutius non oportere, quin . . . 3, 24, 5. — constabat *hiemari* in Gallia oportere 4, 29, 4. — conclamant omnes ad castra *iri* oportere 3, 18, 5. — non oportere de ea re ad senatum *referri* I, 2, 2. — **posse**: non posse *agi* de compositione I, 26, 5. tamen III, 17, 4. — non posse clam *exiri* I, 67, 2. — intellexit neque hostibus *noceri* posse 3, 14, 1. — nihil iis *noceri* possse 5, 34, 4. — rostro *noceri* non posse cognoverant 3, 14, 4. — posse ad angustias *veniri* I, 67, 1. — **praestare**: sibi praestare fortunam pati, quam ab his *interfici* 2, 31, 6. — in acie praestare *interfici* 7, 1, 8.

B) in constructione, quae dicitur nominativus cum infinitivo: *a*) sine objecto: **audior**: Caesar a Gergovia *discessisse* audiebatur 7, 59, 1. — **demonstror**: quod *esse* post nostra castra demonstratum est 2, 9, 3. — **dicor**: Germani *appropinquare* dicantur 6, 7, 6. — Caesar *appropinquare* dicebatur III, 13, 2. — quo in loco Ambiorix *esse* dicebatur 6, 30, 1. — quod non *fore* dicto audientes dicantur 1, 40, 12. — agri *vacare* dicuntur 4, 3, 2. — quae cum Pompejo *venire* dicebantur I, 60, 5. — **existimor**: (hi) ab hoc consilio *afuisse* existimabantur 6, 3, 5. — hoc milia passuum octingenta in longitudinem *esse* existimatur 5, 13, 6. —

profectum aliquid Vibulli mandatis existimabatur III, 15, 8. — in Italiam *reductus* existimabor III, 18, 4. — disciplina in Britannia *reperta* atque inde *translata esse* existimatur 6, 13, 11. — qui piscibus atque ovis avium *vivere* existimantur 4, 10, 5. — **nuntior**: hoc adeo celeriter fecit, ut simul *adesse* et *venire* nuntiaretur III, 36, 3. — Caesar *adventare* jam-jamque *adesse* ejus equites falso nuntiabantur I, 14, 1. — exercitus regius equitatusque omnis *venire* Alexandriam nuntiatur III, 109, 1. — **ostendor**: palma inter coagmenta lapidum *exstitisse* ostendebatur III, 105, 6. — **videor**: (priores) *abesse* a periculo viderentur 2, 11, 5. — *accidere* visa est facultas bene rei gerendae 7, 44, 1. — cum meridies *appropinquare* videretur 7, 83, 8. — milia (militum) XV *cecidisse* videbantur III, 99, 4. — numerus legionum *constare* videretur 7, 35, 4. — cum aut de officio imperatoris *desperare* aut *praescribere* viderentur 1, 40, 10. — quae *deesse* operi videbantur 5, 40, 2. — paulum ad felicitatem *defuisse* videretur 6, 43, 5. — cum *esse inferiores* viderentur I, 37, 2. — cum *meridies esse* videatur 7, 83, 5. — uti *unus esse* ex ejus militibus videretur II, 35, 1. — non *alienum esse* videtur proponere 6, 11, 1. — omnium animi *intenti esse* ad pacem videbantur III, 19, 5. — quod *satis esse* visum est 1, 51, 1. 5, 2, 3. — hoc *satis esse* videbatur III, 32, 2. — nihil *tutum esse* omnibus videtur I, 14, 4. — ne continentior in vita hominum *fuisse* videatur I, 23, 4. — si nostri *laborare* videbantur 7, 67, 4. — ut cum munere aliquo *perfugisse* ad Pompejum viderentur III, 60, 4. — quae res ad levandas injurias *pertinere* videbatur I, 9, 1. — quae ad pacem *pertinere* viderentur III, 19, 2. — ut non iniquo loco *posse* dimicari videretur III, 85, 4. — ubi imbecillitas materiae *postulare* videretur II, 15, 3. — *praescribere* v. desperare 1, 40, 10. — *praestare* visum est (omnia) perpeti quam voluntates alienare 7, 10, 2. — (in quo) *residere* virtutis memoria videtur 7, 77, 4. — quod *stetisse* per Trebonium videbatur II, 13, 4. — ne novissimi *venisse* viderentur I, 53, 2. — *vicisse* jam viderentur III, 72, 1. — qua ille apud exteras nationes *niti* videbatur III, 43, 4. —

de re ab imperatore nihil frustra *confirmari* videbatur III, 87, 7. — seu quid a (militibus) *desiderari* videbatur III, 61, 3. — (oratio) *mitti* videbatur I, 2, 1. — nullum praesidium videretur *positum esse* 7, 10, 1. — si nostri *premi* videbantur 7, 67, 4. — pars castrorum *premi* videbatur 3, 4, 2.

b) cum objecto: **dicor**: magnum numerum versuum *ediscere* dicuntur 6, 14, 3. — id admonitu C. Triarii *fecisse* dicebatur III, 92, 2. — neque signa *laturi* dicantur 1, 40, 12. — hi centum pagos *habere* dicuntur 4, 1, 4. — qui se in finitimas civitates *recepisse* dicerentur III, 102, 6. — hi Germanos *sollicitare* dicebantur 5, 2, 4. — **existimor**: civitates suam rempublicam *administrare* existimantur 6, 20, 1. — qui summam auctoritatem *habere* existimantur 6, 11, 3. — qui summam scientiam rei militaris *habere* existimabantur 3, 23, 5. — plus animo *providere* et *praesentire* existimabatur 7, 30, 2. — **videor**: ab se salutem *accipere* videantur 7, 20, 7. — omnium temporum dignitatem *antecessisse* viderentur 7, 54, 4. — ut principes talem nuntium *attulisse* viderentur I, 53, 2. — ne quod in se scelus *concepisse* videantur I, 74, 3. — qui tantas res *confecisse* videbantur I, 74, 7. — eum omnia *deficere* viderentur 5, 33, 1. — contra famam omnium videri proelium *defugisse* magnum detrimentum afferebat I, 82, 2. — ne quid *deminuisse* videretur 7, 33, 2. — ne videretur *dare* timoris aliquam suspicionem 7, 54, 2. — ne ad contumeliam honorem *dedisse* videamini II, 32, 14. — ne eventum belli *expectasse* viderentur I, 53, 2. — quam beneficio Caesaris *habere* videbor III, 18, 4. — satis perspectum *habere* militum animum videretur III, 84, 1. — ne *inferre* injuriam videretur 7, 54, 2. — id *instituisse* videntur 6, 14, 4. — ut fortuna illum *objicere* Pompejo videretur III, 79, 3. — quod res *poscere* videbatur 7, 1, 2. — ut omnia *postponere* videretur 6, 3, 4. — neu suos *prodidisse* videantur I, 74, 3. — quod nostri locum *relinquere* videbantur III, 45, 5. — ne ad ejus periculum *reservare* et *retinere* eas ad urbem Pompejus videretur I, 2, 3. — qui amissa *restituisse* videatur bona I,

7, 4. — *retinere* v. reservare I, 2, 3. — ne imperatoris sibi partes *sumpsisse* videretur III, 51, 5. — ut suspicionem *sustinere* viderentur II, 33, 1. — *tenere* uterque propositum videbatur I, 83, 3. — sibi magis honorem *tribuere* videantur 7, 20, 7. — qui tanta pericula *vitasse* videbantur I, 74, 7. — id *morari* reditum in Italiam videretur III, 82, 2. — hoc omne victoriam *morari* videretur II, 39, 5.

c) cum objecto in infinitivo: **dicor**: dicitur Pompejus *dixisse*, non recusare se, quin III, 45, 6. — **videor**: quo adire *posse* videantur 7, 14, 5. — ea (porta) non *posse* introrumpere videbantur 5, 51, 3. — quorum vires videbantur sustinere non *posse* I, 64, 4. — (collis) nisi obsidione expugnari non *posse* videretur 7, 69, 1. — (naves) reliquae tamen refici *posse* viderentur 5, 11, 2. — Liger vado non *posse* transiri videretur 7, 55, 10. — ut monere aliquid *velle* ac dicere videretur II, 35, 1. —

C) conjungitur cum verbis, quaesub I. D) [pag. 30] memorantur,passive constructis *a*) sine objecto: **adsuefio**: paulatim adsuefacti *superari* 6, 24, 6. — **cogor**: de salute *cogitare* coguntur I, 5, 2. — ne impediti *confligere* cogerentur I, 66, 2. — suae vitae durius *consulere* cogantur I, 22, 6. — si proelio *decertare* cogentur 7, 77, 8. — ne contra suam voluntatem *dimicare* cogeretur 7, 35, 7. — fore ut *dimicare* cogeretur III, 37, 4. — neu *dimicare* invitus cogeretur III, 112, 9. — Mandubii *exire* coguntur 7, 78, 3. — inopia coactos (esse) *fugere* I, 69, 1. — (Cicero) militum concursu sibi *parcere* cogeretur 5, 40, 7. — de suo (periculo) *timere* cogebantur III, 27, 1. — cum (Germanis) *congredi* cogeretur 6, 5, 5. — ne *egredi* cogatur 7, 74, 2. — inopia coactos (esse) ad Ilerdam *reverti* I, 69, 1. — **jubeor**: his *egredi* jussis 7, 35, 5. — **prohibeor**: ut equitibus dispositis *aquari* prohiberentur III, 24, 4. — **tardor**: reliqui hoc timore propius *adire* tardarentur II, 43, 4. — *b*) cum objecto: **cogor**: cogebantur (pabulum) hordeo *adaugere* III, 58, 4. — qui consilium *capere* coguntur 5, 33, 1. — coactus est exercitum *collocare* 5, 24, 1. — ne aestatem in Treveris *consumere* cogeretur 5, 4, 1. — neu quis invitus sacramentum *dicere* cogatur I, 86, 4. — coactus

est legiones *distribuere* 5, 24, 1. — (Aeduos) coactos esse obsides *dare* 1, 31, 7. — nocturnum *excipere* rorem cogerentur III, 15, 4. — hoc idem Caesar *facere* cogebatur I, 45, 7. — illi puteos *fodere* cogebantur III, 49, 4. — coactos esse civitatem *obstringere* sese obsides non repetituros 1, 31, 7. — se *recipere* coguntur I, 43, 5. — quid (miles) *relinquere* cogeretur 5, 31, 4. — ne urbem *succendere* cogerentur 7, 15, 4. — cogerentur aquam navibus *supportare* III, 15, 3. — cogebantur Corcyra pabulum *supportare* III, 58, 4. — cogebantur his rationibus equitatum *tolerare* III, 58, 4. — terga *vertere* coguntur I, 43, 5. — illi loca *sequi* demissa cogebantur III, 49, 4. — **jubeor**: jussus arma *abjicere* imperatum facit 5, 37, 1. — trumentum jussi erant *efferre* legionarii I, 78, 1. — arma *tradere* jussi faciunt 3, 21, 3. — **prohibeor**: si id *facere* prohiberetur 4, 16, 6. — dolore prohibeor, quae gesta sunt, *pronuntiare* 7, 38, 3. — (alii) fugientes *persequi* prohibentur II, 14, 3.

Infinitivus subjecti loco comparet apud Caesarem cum verbis *convenit, interest, licet, oportet, pudet* impersonalibus, et *conceditur, incipitur, nuntiatur, traditur* passivis, *debet, placet, potest, praestat* activis impersonaliter sumptis; invenitur etiam conjunctus cum his locutionibus: *desperationem, detrimentum affert; usum habet; alicujus est; condicio, consuetudo, laus, mollitia est; fas, nefas, necesse, opus est; in animo est; aequum alienum, detrimentosum, difficile, facile, iniquum, longum, perfacile, proclive, tutum est; levius, optatius, turpius, tutius est; commodissimum, optimum est; turpius, inertius habetur; explicitius, commodissimum videtur; praestare videtur.* Cum infinitivo activi et deponentis subjecti loco conjungi potest etiam objectum in casu accusativo. Con-

structio nominativi cum infinitivo invenitur apud Caesarem conjuncta cum verbis *audior*, *demonstror*, *dicor*, *existimor*, *nuntior*, *ostendor*, *videor*, infinitivus habet objectum accusativum, infinitivum, semel (III, 45, 6) etiam accusativum cum infinitivo. Haec constructio illa solum verba sequitur, quae in forma activa accusativo cum infinitivo conjunguntur, et, quia subjectum ex accusativo casum nominativum recipit, infinitivum ex accusativo in nominativum verti dicere possumus, sicut subjectum ex accusativo in nominativum mutatur.

Ex verbis sub *C) (adsuefio*, *cogor*, *jubeor*, *prohibeor*, *tardor)* infinitivum passivi unum *adsuefio* habet, reliqua activi et deponentis habent.

III.

Infinitivus historicus.

Infinitivus historicus apud Caesarem solum his locis invenitur:

Interim cotidie Caesar Aeduos frumentum ***flagitare*** 1, 16, 1. — diem ex die ***ducere*** Aedui; conferri, comportari adesse ***dicere*** 1, 16, 4. — nihil Sequani ***respondere,*** sed in eadem tristitia taciti ***permanere*** 1, 32, 3. — ubi turrim constitui viderunt, primum ***irridere*** ex muro atque ***increpitare*** vocibus 2, 30, 3. — hostes (undique) signo dato ***decurrere,*** lapides gaesaque in vallum ***conicere;*** nostri primo fortiter ***repugnare*** neque ullum frustra telum ***mittere***, (ubi castra premi videbantur) eo ***occurrere*** et auxilium ***ferre*** sed hoc ***superari*** 3, 4, 1—2. — tum demum Titurius ***trepidare*** et ***concursare*** cohortesque ***disponere*** 5, 33, 1. — totis vero castris milites ***circulari*** et ***dolere*** hostem ex manibus dimitti, centuriones tribunosque militum ***adire*** atque ***obsecrare,*** ut . . . I, 64, 2. — hoc magis ***properare*** Varro II, 20, 1. —

illi vero daturos se ***negare*** III, 12, 2. — ille neque legatos Caesaris ***recipere*** neque periculum ***praestare*** eorum, sed totam rem ad Pompejum ***rejicere:*** unum ***instare***, de induttiis, vehementissimeque ***contendere*** III, 17, 5.

De infinitivo historico quatuor sententias enumerat Gustavus Mohr (de infinitivo historico. Diss. inaug. Halis Sax. 1878), quae sunt: 1) secundum grammaticos veteres, non excepto Quintiliano, neque Prisciano affirmatur infinitivum historicum per ellipsin verbi *coepit (coeperunt*, vel similium, ex. gr. *parat*) declarandum esse; 2) sententia Wagneri, qui dicit antiquissimis temporibus verbo nondum per tempora modosque digesto solo infinitivo homines usos esse; 3) Reisig docet literas imperatorum Romanorum hoc semper stilo conscriptas fuisse, indeque derivari hunc usum infinitivi; 4) Jolly ex natura infinitivi, qui casus dativi forma est, interpretatur infinitivum historicum.

Apud Caesarem unum solum locum inveni, qui mirum in modum approbare videtur opinionem grammaticorum veterum; sic enim legitur III, 12, 1—2: Cujus adventu audito L. Staberius . . . aquam comportare in arcem, atque eam munire, obsidesque ab Apolloniatibus exigere *coepit.* Illi vero daturos se negare etc. Hoc loco ellipsis verbi coepit (negare coeperunt) verisimillime apparet.

IV.

Accusativus cum infinitivo.

Constructionis accusativi cum infinitivo praedicatum est infinitivus

A) activi: *a)* praesentis: **animadverto**: eam p a r t e m minime f i r m a m hostium *esse* animadverterat 1, 52, 2. —

nec facile *(esse)* adire apertos ad auxiliandum animadvertebant 7, 25, 1. — cum animadvertisset perpetuam *esse* paludem 7, 57, 4. — cum animadvertissent cohortes nostras ad munitiones *excubare* III, 50, 1. — suos aegre *sustinere* animadvertit 4, 32, 3. — **arbitror**: quas Caesari *esse* amicas civitates arbitrabatur II, 18, 5. — initium belli hoc *esse* arbitratus 6, 3, 4. — castrorum eam munitionem *esse* arbitrarentur III, 68, 2. — si opus *esse* arbitrarentur (legionem collocare) 3, 1, 3. — quos Scipionis *esse* arbitrabatur III, 36, 5. — unam spem salutis *esse* arbitratus II, 42, 1. — non quaestionis (tempus) *esse* arbitratur 6, 4, 3. — alienum *esse* tempus arbitratus 4, 34, 2. — consiliis otium contrarium *esse* arbitrarentur II, 30, 2. — quem sibi fidelem *esse* arbitrabatur 4, 21, 7. — supplicia gratiora diis *esse* arbitrantur 6, 16, 5. — ad haec cognoscenda idoneum *esse* arbitratus Gajum Volusenum praemittit 4, 21, 1. — ubi jam se ad eam rem paratos *esse* arbitrati sunt 1, 5, 2. — quod satis *esse* arbitrabatur 4, 22, 6. — (quod accusaretur) satis *esse* causae arbitrabatur 1, 19, 1. — quod turpissimum sibi et reipublicae *esse* arbitrabatur 1, 33, 2. — navibus transire (neque) satis tutum *esse* arbitrabatur 4, 17, 1. — tutius *esse* arbitrabantur victoria potiri 3, 24, 2. — hostes *fugere* arbitratus II, 40, 3. — magni *interesse* arbitrabatur oppido potiri cohortesque traducere 1, 21, 1. — magni *interesse* arbitrabatur valere auctoritatem 5, 4, 3. — quos ex aere alieno *laborare* arbitrabatur III, 22, 1. — nationes sibi idem *licere* arbitrarentur 3, 10, 2. — haec omnia Caesar eodem illo *pertinere* arbitrabatur 4, 11, 4. — quae ad sanandas mentes *pertinere* arbitrabatur I, 35, 2. — *praestare* arbitrabatur unum locum teneri III, 23, 1. — ea re *remollescere* homines arbitrantur 4, 2, 6. — **audio**: audit Saburram missum Uticae *appropinquare* II, 38, 1. — quibus in locis *esse* Germanos audiebat 4, 7, 1. — (oppidum) vacuum ab defensoribus *esse* audiebat 2, 12, 2. — **censeo**: locum dimitti censuerant *oportere* I, 44, 3. — **cerno**: milites

cum Pompejum *adesse* et suos *fugere* cernerent III, 69, 4. — **clamito**: clamitans liberum se liberaeque *esse* civitatis 5, 7, 8. — **cognosco**: neque jam longe *abesse* (Belgas) ab exploratoribus cognovit 2, 5, 4. — cognoscit non longe oppidum *abesse* silvis paludibusque munitum 5, 21, 2. — Divitiacum atque Aeduos finibus Bellovacorum *appropinquare* cognoverant 2, 10, 5. — eum ubi *appropinquare* cognovit III, 30, 5. — Pompejum ad Asparagium *esse* cognovit III, 41, 1. — commodissimum in Britanniam trajectum *esse* cognoverat 5, 2, 3. — optimum *esse* egressum cognoverat 5, 8, 3. — cognoscit non decimum quemque *esse* reliquum militem sine vulnere 5, 52, 2. — provinciam Caesaris rebus *favere* cognoverat II, 18, 6. — rostro noceri non *posse* cognoverant 3, 14, 4. — Caesar cognovit per Afranium *stare,* quominus dimicaretur I, 41, 3. — **commemoro**: commemorant omnem *esse* in armis Galliam 5, 41, 3. — **comperio**: comperit minus longe copias *abesse* II, 37, 3. — **conclamo**: conclamant equites jurejurando confirmari *oportere,* ne . . . 7, 66, 7. — conclamant omnes ad castra iri *oportere* 3, 18, 5. — **confido**: quae ego minora opinione *esse* confido II, 31, 5. — suos superiores *esse* confiderent 7, 80, 4. — **confirmo**: si nuntiis confirmari non potestis, his utimini testibus, *appropinquare* eorum adventum 7, 77, 11. — confirmant exercitus animos alienos *esse* a Curione, maximeque opus *esse* in conspectum exercitum venire II, 27, 2. — omnia sibi *esse* ad bellum apta ac parata confirmavisset I, 30, 5. — legio decima se *esse* paratissimam confirmavit 1, 41, 2. — **constituo**: constituerunt optimum *esse* domum quemque reverti 2, 10, 4. — **credo**: quos *fugere* credebant 6, 8, 6. — **demonstro**: demonstrat nihil *esse* negotii legionem interfici 5, 38, 4. — demonstrarunt neque *esse* quicquam negotii adoriri primam legionem 2, 17, 2. — demonstrant sibi nihil *esse* reliqui 1, 11, 5. — quod *esse* ad mare supra demonstravimus 5, 22, 1. — quos *esse* angustos demonstravimus III, 58, 1. — demonstrarunt inter singulas legiones impedimentorum magnum nume-

(nullam) condicionem pacis *accepturos* 2, 15, 5. — se suis copis illis regna *conciliaturum* confirmat 1, 3, 6. — *daturum* v. polliceor 5, 27, 10. — id mihi *facturos* confirmaverunt III, 86, 3. — (eos) hostium se *habiturum* numero confirmat 6, 6, 3. — confirmare, sese legatos (non) *missuros* 2, 15, 5. — se signa *translaturos* confirmant I, 74, 3. — **conjuro**: inter se conjurant nihil *acturos* eundemque omnis fortunae exitum *esse laturos* 3, 8, 3. — **credo**: illi nostros praesidia *deducturos* aut indiligentius *servaturos* crediderant 2, 33, 2. — **demonstro**: *sese* bello civitatem *persecuturum* demonstrat 5, 1, 8. — **denuntio**: Caesar denuntiaret se Aeduorum injurias non *neglecturum* 1, 36, 6. — **dico**: Caesar sese eos *conservaturum* dixit 2, 15, 1. — (obsides) sese *daturos* dixerunt 4, 27, 6. — se *dimissurum* oppugnationem diceret 7, 17, 4. — se bellum *gesturos* dicebant 7, 75, 5. — Pompejus dixerat eodem se *habiturum* loco qui in Caesaris castris fuissent I, 33, 2. — Caesar sese suos in fidem *recepturum* dixit 2, 15, 1. — legati haec se ad suos *relaturos* dixerunt 4, 9, 1. — se dicerent non *esse* amplius fortunam *temptaturos* 5, 55, 2. — **diffido**: diffidens Caesarem fidem *servaturum* 6, 36, 1. — **do fidem**: quod fides esset data Caesarem *facturum* quae polliceretur I, 10, 4. — **existimo**: nihil contra se regem *ausurum* existimabat II, 37, 2. — (Allobroges) sese existimabant vi *coacturos* 1, 6, 3. — legatum e suis sese ad eum *missurum* et hominibus feris *objecturum* existimabat 1, 47, 3. — per eos suos se obsides *recuperaturos* existimabant 3, 8, 2. — neque homines (iter) *temperaturos* existimabant 1, 7, 4. — **habeo spem**: magnam se habere spem, et beneficio suo et auctoritate adductum Ariovistum finem injuriis *facturum* 1, 33, 1. — **intellego**: uti ea *facturos* intellegat 1, 14, 6. — **juro**: jurent omnes se exercitum ducesque non *deserturos*, neque sibi separatim consilium *capturos* I, 76, 2. — jurat se eum non *deserturum* III, 13, 3. — si juravisset se exercitum *dimissurum* III, 10, 9. — Aeduos jurare cogerent,

nihil se contra Sequanos consilii *inituros* 6, 12, 4. — jurent omnes se exercitum ducesque (non) *prodituros* I, 76, 2. — jurat se eundem casum *subiturum* III, 13, 3. — **minor**: quod se *facturos* minabantur II, 13, 4. — **nego**: Lentulus sententiam *pronuntiaturum* se negavit I, 2, 5. — illi vero negare (se) neque portas *praeclusuros* neque judicium *sumpturos* III, 12, 2. — fines eorum se *violaturum* negavit 6, 32, 2. — **nuntio**: nuntiarant milites neque propter timorem signa *laturos* 1, 39, 7. — **obstringo**: (Aeduos) coactos esse civitatem obstringere sese neque obsides *repetituros* neque auxilium *imploraturos* neque *recusaturos*, quominus... 1, 31, 7. — **polliceor**: se frumentum *daturum* pollicetur I, 87, 1. — illud se polliceri et jure jurando confirmare tutum iter per fines *daturum* 5, 27, 10. — (nationes) se obsides *daturas* pollicerentur 2, 35, 1. — hostes obsides *daturos* polliciti sunt 4, 27, 1. — pollicentur sese ei *dedituros* 5, 20, 1. — qui pollicerentur civitates imperata *facturas* III, 34, 2. — Carnutes principes bellum *facturos* pollicentur 7, 2, 1. — seque ea *facturos* pollicerentur 4, 22, 1. — (ea) se *facturos* pollicentur I, 15, 2. — (nationes) se imperata *facturas* pollicerentur 2, 35, 1. — pollicentur sese imperata *facturos* 5, 20, 1. — sese imperata *facturos* policentur I, 60, 1. — se *facturos* pollicentur, quae imperaret 7, 90, 2. — hostes, quaeque imperasset *facturos [esse]* polliciti sunt 4, 27, 1. — quae imperaret, *facturos* pollicentur III, 12, 4. — pollicitum se in cohortis praetoriae loco legionem *habiturum* 1, 42, 6. — **profiteor**: A. Varronem profiteri se (eundem) *visurum* III, 19, 4. — **pronuntio**: pronuntiare jubet se in hostium *habiturum* loco, qui traduxisset II, 25, 6. — pronuntiat (se) Remorum agros *populaturum* ac castra Labieni *oppugnaturum* 5, 56, 5. — **puto**: se summam ab Caesare gratiam *inituros* putarent 6, 43, 5. — **rescribo**: Pompejus rescripserat sese rem in periculum *deducturum* non *esse* I, 19, 4. — **respondeo**: respondit diem se ad deliberandum *sumpturum* 1, 7, 5. — **spero**: id conati sese *effecturos* spera-

bant 7, 26, 2. — sperare, quae petierint, *impetraturos* 5, 41, 8. — δ) inf. praes. dep.: **animadverto**: Caesar animadvertit (Sequanos) tristes terram *intueri* 1, 32, 2. — **dico**: non se hostem *vereri* dicebant 1, 39, 6. — **scio**: scio me paene incredibilem rem *polliceri* III, 86, 2. — **video**: libertatem se *consequi* videant 7, 64, 3. — ε) inf. perf. dep.: **doceo**: illum liberalitate sua ea praemia *consecutum* (docebat) 1, 43, 5.

b) infinitivum: α) activi: **addo**: addunt et adfingunt Galli Caesarem neque ad exercitum venire *posse* 7, 1, 2. — **cogito**: qui cogitasset haec *posse* in itinere accidere 5, 33, 2. — **cognosco**: cognoscit naves cursum tenere non *potuisse* 5, 5, 2. — **conclamo**: conclamant milites sese paratos *esse* imperatoris injurias defendere I, 7, 8. — **confido**: homines turrim in muro sese collocare [*posse*] confiderent 2, 30, 4. — non *posse* eos inopiam sustinere confiderent I, 69, 2. — **credo**: civitatem bellum facere *ausam* vix erat credendum 5, 28, 1. — **demonstro**: sese *confidere* demonstrat, fore ut discedatur I, 26, 4. — sese *paratos esse* demonstrant satisfacere 5, 1, 7. — *posse* hunc casum ad ipsos recidere demonstrant 7, 1, 4. — **dico**: qui dicerent (se) *paratos esse* et obsides dare et imperata facere 2, 3, 3. — sese ne vultum quidem (Germanorum) dicebant ferre *potuisse* 1, 39, 1. — remanere se apud eum *velle* dixerunt 4, 15, 5. — **existimo**: hoc proprium virtutis existimant (neminem) prope *audere* consistere 6, 23, 2. — se id sine periculo facere *posse* existimare 1, 42, 1. — plerique existimant eum bellum eo die *potuisse* finire III, 51, 3. — **facio certiorem**: Caesar certior fieret *paratos esse* sese, *posse* et *audere* transire flumen I, 64, 2. — **habeo**: Romanos cacumina Alpium occupare *conari* et ea loca provinciae adjungere sibi persuasum habebant 3, 2, 5. — **intellego**: se virtute nostris adaequare non *posse* intellegunt II, 16, 3. — rem *posse* casus recipere intellegebant I, 78, 3. — cum intellegerent et *posse* et *audere* exercitum Rhenum transire 4, 16, 1. — **nego**: negat se *posse*

iter dare I, 8, 3. — **reperio**: reperiebat T. Ampium *conatum esse* pecunias tollere III, 105, 1. — **significo**: significare coeperunt, ut dimitterentur, neque (id) omni interposita fide satis firmum esse *posse* I, 86, 2. — **spero**: hanc legionem sperans Caesar se opprimere *posse* III, 67, 2. — sperans se parti navium occurrere *posse* III, 8, 3. — se occurrere ei *posse* sperans III, 41, 4. — **venio in spem**: Caesar in eam spem venerat se suorum rem conficere *posse* I, 72, 1. — **video**: paulatim Germanos *consuescere* Rhenum transire periculosum videbat 1, 33, 3. — β) deponentis: **commemoro**: commemoravit testibus se militibus uti *posse* III, 90, 1. — **confido**: nostros exercitus apud se morari *posse* confidebant 3, 9, 5. — tueri se *posse* confisi sunt II, 10, 1. — **dico**: colloqui sese *velle* dicunt 5, 41, 1. — **doceo**: docent neque se neque reliquos municipes pati *posse* Caesarem prohiberi I, 13, 1. — **existimo**: inopiae sese mederi *posse* existimavit 5, 24, 6. — **spero**: totius Galliae sese potiri *posse* sperant 1, 3, 7. — γ) passivi: **arbitror**: arbitratus id bellum confici *posse* 3, 28, 1. — non *posse* numen placari arbitrantur 6, 16, 3. — impetus sustineri ac onera regi non *posse* arbitrabantur 3, 13, 4. — qui aspectum sustineri *posse* arbitraretur 7, 76, 5. — **confido**: civitatem ad bellum adduci *posse* non confidebant 7, 37, 6. — castra expugnari *posse* confidimus II, 31, 2. — (Romanos) intercludi *posse* confiderent 1, 23, 3. — reliquos servari *posse* confidunt 6, 40, 2. — suis copiis populum Romanum superari *posse* confidat 5, 27, 4. — **dico**: ne id quidem Caesar ab se impetrari *posse* dixit 4, 9, 2. — **doceo**: quam rem pro magnis officiis *consuesse* tribui docebat 1, 43, 4. — docent non *posse* milites contineri II, 12, 4. — copias sustineri *posse* docebant 5, 28, 4. — **existimo**: Caesar nulla ratione ad pugnam elici *posse* Pompejum existimans III, 85, 2. — suam fugam aut occultari aut omnino ignorari *posse* existimarent 1, 27, 4. — ne primum quidem *posse* impetum suum sustineri existimabant 3, 2, 4. — **ex-**

perior: quod unum genus tegimenti erant experti nullo telo trajici *posse* II, 9, 5. — **intellego**: id facile extrahi *posse* intellegeret 5, 22, 4. — diligentia nihil proficí *posse* intellexerunt 3, 21, 3. — intellexit neque hostium fugam reprimi *posse* 3, 14, 1. — **judico**: oppidum a se teneri non *posse* judicabant 7, 55, 7. — **sentio**: sentiunt totam urbem circumiri *posse* II, 16, 2. — **spero**: ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi *posse* 1, 40, 9. — sperans homines *posse* deduci 6, 10, 2. — sperans Scipionem ad pugnam elici *posse* III, 38, 1. — sperare a multitudine impetrari *posse*, quod... 5, 36, 2. ab eo de sua salute 5, 36, 3. — has (naves) sperans intercipi *posse* III, 24, 2. — sperans Pompejum ab eo intercludi *posse* III, 41, 3. — controversias minui *posse* sperarent 5, 26, 4. — quae diu refici non *posse* sperassent II, 16, 1. — vim tempestatis superari *posse* sperabat III, 26, 3. — **statuo**: statuerat prius hos *debere* restitui quam videri receptos III, 1, 5.

Haec constructio objectum est verborum *addo, admiror, aestimo, animadverto, arbitror, audio, censeo, cerno, clamito, cogito, cognosco, commemoro, comperio, conclamo, confido, confirmo, confiteor, conjecto, conjuro, conspicio, constituo, contendo, credo, cupio, demonstro, denuntio, desidero, dico, dictito, diffido, doceo, doleo, duco, existimo, experior, fateor, gaudeo, glorior, impero, indignor, intellego, invenio, jubeo, judico, juro, malo, memini, minor, moneo, nego, nolo, nuntio, obstringo, ostendo, patior, perdolesco, perspicio, persuadeo, polliceor, postulo, praecipio, praedico, praemitto, probo, profiteor, prohibeo, pronuntio, propono, provideo, puto, queror, recipio, recordor, renuntio, reperio, re-*

scribo, respondeo, scio, scribo, sentio, significo, simulo, sino, spero, statuo, studeo, suspicor, veto, video, volo, voveo; et locutionum: *adverto animum; conjecturam capio; opinionem, spem habeo; memoria teneo; habeo in aliqua re; in spem venio; pro explorato habeo; aequum, difficile existimo; persuasum habeo; magno dolore, moleste, graviter fero; certior fio; fides datur.* — Postremae duae locutiones accusativum cum infinitivo haud objecti loco habent, potius hic casus accusativi, cum significaret: certior fio, fides datur de aliqua re, accusativi limitationis locum suscepisse dici potest.

V.

Oratio obliqua.

Constructio accusativi cum infinitivo objecti partes in sententia suscipit, cum vero permulta objecta dicenda sunt, propter nimiam longitudinem sententiae verbum regens semel tantum ponitur, objecta vero secundum ordinem sequuntur. Sed, cum essent nonnullae locutiones, quorum sensus etiam sine verbo regente objecta postularet, saepe utebantur scriptores accusativo cum infinitivo ita, ut verbum regens desideraretur. Exempla hujus constructionis ex commentariis Caesaris per ordinem locorum conscripsi; sequuntur:

Civitati persuasit, ut de finibus suis exirent; perfacile *esse* totius Galliae imperio potiri 1, 2, 2. — Aedui legatos mittunt rogatum auxilium: ita se de populo Romano *meritos esse*, ut... 1, 11, 3. — is ita cum Caesare egit: si pacem populus Romanus faceret, in eam partem *ituros* atque ibi *futuros* Helvetios; se ita a patribus *didicisse*, ut...

1, 13, 3; 6. — Caesar ita respondit: eo sibi minus dubitationis *dari*, quod...; atque eo gravius *ferre*, quo...; non *fuisse* difficile cavere; sed eo *deceptum*, quod...; injuriarum memoriam deponere *posse;* quod admirarentur, eodem *pertinere*; *consuesse* enim deos immortales his impunitatem concedere; sese cum iis pacem *esse facturum* 1, 14, 1—6. — Liscus proponit: *esse* nonnullos, qui...; hos improba oratione multitudinem *deterrere*; *praestare* imperia perferre; neque *dubitare* [debeant], quin...; ab iisdem nostra consilia hostibus *enuntiari*; hos a se coërceri non *posse*; *intellegere* sese, quanto id cum periculo fecerit, et ob eam causam *tacuisse* 1, 17. — easdem ab aliis quaerit, reperit esse vera: ipsum *esse* Dumnorigem cupidum rerum novarum; compluris annos portoria redempta *habere*; his rebus et suam rem familiarem *auxisse* et facultates magnas *comparasse*; magnum numerum equitatus semper *alere* et circum se *habere*; domi largiter *posse*; matrem in Biturigibus *collocasse*; ipsum uxorem *habere*, sororem *collocasse*; *favere* et *cupere* Helvetiis, *odisse* Caesarem; summam in spem Helvetios *venire*, imperio populi Romani de regno *desperare* 1, 18, 3—9. — Caesarem obsecrare coepit ne quid statueret; *scire* se, illa esse vera, nec quemquam plus doloris *capere*; sese tamen *commoveri*; neminem *existimaturum* non sua voluntate factum; qua ex re *futurum*, ut... 1, 20, 2—4. — literas misit, ne juvarent; qui si juvissent, se eodem loco, quo Helvetios, *habiturum* 1, 26, 6. — principes ad Caesarem gratulatum convenerunt: *intellegere* sese, eam rem accidisse; petierunt ut sibi concilium facere liceret, sese *habere* quasdam res 1, 30, 2; 4. — sese flentes Caesari ad pedes projecerunt: non minus se id *contendere* et *laborare*, ne ea enuntiarentur 1, 31, 2. — locutus est Divitiacus: Galliae factiones *esse* duas; alterius principatum *tenere* Aeduos; cum contenderent, *factum esse*, uti...; milia XV Rhenum *transisse*, (postea) *traductos* plures; nunc *esse* in Gallia ad (CXX milia); cum his Aeduos armis *contendisse*, magnam calamitatem pulsos *accepisse*, omnem nobilitatem *amisisse*; *coactos*

esse obsides dare; unum se *esse* ex (Aeduis); se ex civitate *profugisse* et Romam *venisse*; sed pejus Sequanis *accidisse*; *futurum esse* paucis annis, uti...; Ariovistum crudeliter *imperare*, obsides *poscere* et in eos cruciatus *edere*; hominem *esse* barbarum; non *posse* ejus imperia sustinere; haec si enuntiata sint, non *dubitare*, quin...; Caesarem auctoritate sua deterrere *posse*; Galliam ab injuria *posse* defendere 1, 31, 3—16. — Caesar pollicitus est sibi eam rem curae futuram, magnam se *habere* spem Ariovistum finem facturum 1, 33, 1. — legatos mitteret, qui postularent uti locum deligeret: *velle* sese de rebus cum eo agere 1, 34, 1. — Ariovistus respondit: sese ad eum *venturum fuisse*; illum ad se venire *oportere*; se (non) in eas partes Galliae venire *audere*; exercitum in unum locum contrahere (non) *posse*; sibi autem mirum *videri* 1, 34, 2—4. — Caesar legatos cum his mandatis mittit: haec *esse*, quae postularet; sibi perpetuam amicitiam cum eo *futuram*; se Aeduorum injurias non *neglecturum* 1, 35, 2; 4. — Ariovistus respondit: jus *esse* belli, ut...; populum Romanum imperare *consuesse*; non *oportere* sese a populo Romano impediri; Aeduos sibi stipendiarios *esse factos*; magnam Caesarem injuriam *facere*; Aeduis se obsides *redditurum* non *esse*, neque his bellum *illaturum*; longe iis fraternum nomen populi Romani *afuturum*; neminem secum sine sua pernicie *contendisse*; *intellecturum* (Caesarem), quid Germani possent 1, 36, 1—7. — legati veniebant, Aedui questum; sese pacem Ariovisti redimere (non) *potuisse*; Treveri autem pagos C Sueborum ad ripas Rheni *consedisse*; his *praeesse* Nasuam et Cimberium fratres 1, 37, 2; 3. — vehementer eos incusavit: Ariovistum populi Romani amicitiam *appetisse*; sibi quidem *persuaderi* eum gratiam (non) repudiaturum; *factum* ejus hostis periculum; *factum* etiam nuper; ex quo judicari *posse*; denique hos *esse* eosdem; hos, si quaererent, reperire *posse*; Ariovistum magis consilio quam virtute *vicisse*; ne ipsum quidem *sperare* nostros exercitus capi posse; (eos) *facere* arroganter; haec sibi *esse* curae; frumentum Sequa-

nos *sumministrare*; jamque *esse* frumenta matura; de itinere ipsos *judicaturos*; nihil se ea re *commoveri*; *scire* enim fortunam defuisse; felicitatem Helvetiorum bello *esse perspectam*; itaque se *repraesentaturum* et castra *moturum*; se cum sola decima legione *iturum*; sibi eam praetoriam cohortem *futuram* 1, 40, 2—14. — legiones egerunt, ut Caesari satis facerent; se neque unquam *dubitasse* neque *timuisse* neque suum judicium esse *existimavisse* 1, 41, 3. — legatos ad eum mittit; id per se fieri *licere*, seque id sine periculo facere posse *existimare* 1, 42, 1. — Ariovistus postulavit, ne quem peditem Caesar adduceret; *vereri* se, ne...; alia ratione sese non *esse venturum* 1, 42, 4. — Ariovistus ad postulata pauca respondit, de suis virtutibus multa praedicavit; *transisse* Rhenum sese, non sine magna spe domum *reliquisse*; sedes *habere* in Gallia ab ipsis concessas; stipendium *capere* jure belli; non sese Gallis bellum *intulisse*; civitates ad se oppugnandum *venisse* ac contra se castra *habuisse*; copias a se *pulsas* ac *superatas esse*; se iterum *paratum esse* decertare; *iniquum esse* de stipendio recusare; amicitiam populi Romani sibi ornamento esse *oportere*, idque se ea spe *petisse*; sese *recusaturum* amicitiam; id se sui muniendi causa *facere*; ejus rei testimonium *esse*, quod...; se prius in Galliam *venisse*; exercitum populi Romani provinciae finibus *egressum*; provinciam suam hanc *esse* Galliam; item nos *esse* iniquos; non se tam barbarum *esse*, ut...; *debere* se suspicari Caesarem exercitum habere; sese illum pro hoste *habiturum*; sese nobilibus gratum *esse facturum*; id se compertum *habere*; se illum praemio *remuneraturum* et (bellum) *confecturum* 1, 44. — multa a Caesare dicta sunt; neque suam consuetudinem *(esse)* pati, neque se *judicare* Galliam esse Ariovisti; bello *superatos esse* Arvernos; populi Romani justissimum *esse* imperium; liberam *debere* esse Galliam 1, 45. — Ariovistus legatos mittit: *velle* se de his rebus agere cum eo 1, 47, 1. — Caesar hanc reperiebat causam, quod...; eas ita *dicere*: non esse fas Germanos superare 1, 50, 5.

Cum quaereret sic reperiebat: Belgas *esse ortos* ab Germanis, Rhenumque traductos ibi *consedisse*; Gallosque *expulisse*, solosque *esse*, qui . .; qua ex re *fieri*, uti . .; plurimum inter eos Bellovacos *valere*; hos *posse* conficere armata milia centum, *pollicitos* ex eo numero electa sexaginta, totiusque belli imperium sibi *postulare*; Suessiones suos *esse* finitimos; latissimos agros *possidere*; apud eos *fuisse* regem Divitiacum; nunc *esse* regem Galbam; ad hunc summam belli *deferri*; oppida *habere* numero XII; *polliceri* milia armata quinquaginta; totidem Nervios; Condrusos (etc.) *arbitrari* ad XL milia 2, 4. — Divitiacum cohortatus docet, quanto opere intersit . .; id fieri *posse* 2, 5, 3. — nuntium ad eum mittit sese diutius sustinere non *posse* 2, 6, 4. — Divitiacus facit verba: Bellovacos in amicitia *fuisse*; impulsos a suis principibus ab Aeduis *defecisse* et populo Romano bellum *intulisse*; qui participes fuissent, in Britanniam *profugisse*; *petere* Bellovacos, ut . .; quod si fecerit, Aeduorum auctoritatem *amplificaturum* 2, 14. — Caesar cum quaereret sic reperiebat: nullum aditum *esse* ad eos; nihil *pati* vini inferri; *esse* homines feros; *increpitare* atque *incusare* reliquos Belgas; *confirmare* sese legatos missuros 2, 15, 4—5. — inveniebat ex captivis Sabim flumen ab castris milia passuum X *abesse*; trans id flumen Nervios *consedisse* adventumque Romanorum *exspectare*; *exspectari* etiam ab his Aduatucorum copias atque *esse* in itinere; mulieres in eum locum *conjecisse* 2, 16. — legati ad hunc modum locuti: non *existimare*, Romanos bellum gerere; unum *petere* ac *deprecari*; sibi omnes finitimos *esse* inimicos ac suae virtuti *invidere*; sibi *praestare* fortunam pati quam interfici 2, 31. — Caesar respondit: se civitatem *conservaturum*; deditionis nullam *esse* condicionem; se id *facturum* finitimisque *imperaturum* 2, 32, 1—2.

Haec fuit oratio (legatorum): Germanos neque priores bellum *inferre*, neque tamen *recusare*, quin . .; haec tamen *dicere*, venisse invitos; *posse* iis utiles esse amicos; sese unis Suebis *concedere*; reliquum *esse* neminem 4, 7, 3—5. — exitus fuit orationis: sibi nullam amicitiam esse

posse; neque verum *esse* alienos occupare (illos); neque ullos in Gallia *vacare* agros; sed *licere* in Ubiorum finibus considere; hoc se Ubiis *imperaturum* 4, 8. — responderunt: populi Romani imperium Rhenum *finire;* id sibi (ad) auxilium satis *futurum;* tantum *esse* nomen ejus exercitus 4, 16, 4—7. — haec ab iis cognovit: Suebos nuntios in omnes partes *dimisisse;* hunc *esse delectum* medium fere regionum; hic Romanorum adventum exspectare atque ibi decertare *constituisse* 4, 19, 2--3.

Legatos ad Caesarem mittit: sese idcirco ab suis discedere et ad eum venire *noluisse*, quo . . . ; itaque *esse* civitatem in sua potestate, seseque ad eum *venturum*, suas civitatisque fortunas ejus fidei *permissurum* 5, 3, 6—7. — principes Galliae metu territare (coepit): non sine causa *fieri*, ut . . ; id *esse* consilium Caesaris, ut . . ; fidem reliquis *interponere*, jus jurandum *poscere*, ut . . 5, 6, 5—6. — conclamaverunt uti aliqui prodiret: *habere* sese, quae dicere vellent 5, 26, 4. — Ambiorix ad hunc modum locutus est: sese plurimum (Caesari) confiteri *debere*; id voluntate sua *fecisse;* sua *esse* ejus modi imperia; hanc *fuisse* belli causam; id se facile probare *posse;* sed *esse* commune consilium; hunc *esse* dictum diem; non facile Gallos Gallis negare *potuisse; habere* nunc se rationem officii; *monere*, *orare* Titurium; magnam manum Germanorum Rhenum *transisse,* hanc *affore* biduo; ipsorum *esse* consilium; illud se *polliceri* et jurejurando *confirmare*, tutum iter daturum; (hac re) civitati sese *consulere;* et Caesari gratiam *referre* 5, 27. — copias sustineri posse docebant; rem *esse* testimonio, quod . . ; re frumentaria non *premi;* a Caesare *conventura* subsidia; quid *esse* levius aut turpius, quam capere consilium 5, 28, 4—6. — Titurius sero *facturos* clamitabat; brevem consulendi *esse* occasionem; Caesarem *arbitrari* profectum in Italiam; Carnutes consilium *fuisse capturos;* Eburones ad castra *venturos esse;* non hostem auctorem sed rem *spectare; subesse* Rhenum; magno *esse* Germanis dolori Ariovisti mortem et nostras victorias; *ardere* Galliam tot contumeliis acceptis; suam

sententiam *esse* tutam; nullo periculo ad legionem *perventuros;* unam *esse* in celeritate *positam* salutem; Cottae consilium quem *habere* exitum 5, 29. — orant, ne rem in periculum deducant: facilem *esse* rem; in dissensione nullam se salutem *perspicere* 5, 31, 2. — Ambiorix pronuntiari jubet, ut..; levitate armorum nihil iis noceri *posse* 5, 34, 4. — ille appellatus respondit: si velit secum colloqui, *licere; sperare* a multitudine impetrari posse; ipsi nihil *nocitum iri*; in eam rem se suam fidem *interponere* 5, 36, 2. — ille cum Cotta communicat, ut cum Ambiorige colloquantur: *sperare*, ab eo de sua salute impetrari posse 5, 36, 3. — commemorant, addunt de Sabini morte; errare eos dicunt, sese tamen hoc *esse* animo; *licere* illis incolumibus discedere et proficisci 5, 41, 5—6. — unum modo respondit: non *esse* consuetudinem populi Romani accipere condicionem; *sperare*, quae petierint, impetraturos 5, 41, 7—8. — perscribit in litteris hostes ab se *discessisse* omnemque ad eum multitudinem *convertisse* 5, 49, 3.

Loquitur palam sese suas fortunas in dubium non *devocaturum* et postero die castra *moturum* 6, 7, 6. — Galli cohortati inter se, ne praedam dimitterent; longum *esse* Romanis auxilium exspectare, neque suam *pati* dignitatem, ut.. 6, 8, 1. — illi referunt: Suebos ad fines se *recepisse;* silvam *esse* ibi (magnam); hanc longe introrsus *pertinere* et pro muro objectam Cheruscos ab Suebis *prohibere;* ad ejus initium silvae Suebos adventum Romanorum exspectare *constituisse* 6, 10, 4—5. — Segni legatos miserunt oratum, ne..; nihil se de bello *cogitasse,* nulla Ambiorigi auxilia *misisse* 6, 32, 1. — unum, quod cohortes ex statione essent emissae, questus; ne minimo quidem casu locum relinqui *debuisse* 6, 42, 1.

Rationem esse habendam dicunt; id *esse* facile; in acie *praestare* interfici 7, 1, 7—8. — hunc monet, ut equites pervagentur; *daturum* se operam, ne absit 7, 9, 2. — docet alia ratione esse bellum gerendum; id *esse* facile; pabulum secari non *posse;* dispersos hostes ex aedificiis *petere;* hos omnes deleri *posse;* vicos atque aedificia

incendi *oportere;* harum ipsis rerum copiam *suppetere*; Romanos aut inopiam non *laturos* aut longius *processuros;* neque *interesse*, ipsosne interficiant; oppida incendi *oportere;* multo illa gravius *aestimare* 7, 14, 3—10. — universi, ne id faceret, petebant; sic se *meruisse*, ut . .; hoc se ignominiae *laturos* loco; *praestare* omnes perferre acerbitates 7, 17, 5—7. — summae se iniquitatis condemnari *debere;* sic milites consolatus 7, 19, 5. — haec omnia accidere *potuisse;* regnum illum *malle* Caesaris concessu habere; tali modo accusatus ad haec respondit: quod castra movisset, *factum* inopia pabuli; quod accessisset, *persuasum* loci opportunitate; equitum operam neque desiderari *debuisse* et *fuisse* utilem; summam imperii se nulli *tradidisse;* imperium se ab Caesare (non) *desiderare;* quin etiam ipsis *remittere,* si . . 7, 20, 2—7. — hi milites se esse legionarios dicunt; fame adductos ex castris *exisse;* exercitum inopia *premi;* nec jam vires *sufficere* nec ferre operis laborem *posse;* itaque *statuisse* imperatorem exercitum deducere 7, 20, 10—11. — conclamat multitudo: summum *esse* Vercingetorigem ducem; majore ratione bellum administrari (non) *posse* 7, 21, 1. — consolatus cohortatusque est, ne . .; non virtute *vicisse* Romanos; *errare,* si qui exspectent; sibi nunquam *placuisse* Avaricum defendi; *factum* imprudentia Biturigum; id tamen se celeriter *sanaturum;* has *adjuncturum* atque unum consilium *effecturum;* id se jam effectum *habere;* aequum *esse* ab iis impetrari, ut . . 7, 29. — legati veniunt oratum, ut subveniat; summo *esse* in periculo rem; horum *esse* alterum Convictolitavem, alterum Cotum; civitatem *esse* in armis; *divisum* senatum, *divisum* populum; quod si diutius alatur controversia, *fore*, uti . .; id ne accidat, *positum* in ejus diligentia 7, 32, 3—6. — cum his praemium communicat hortaturque, ut . .; unam *esse* Aeduorum civitatem; ejus auctoritate reliquas *contineri;* locum Romanis non *fore;* *esse* se Caesaris beneficio *affectum;* sed plus libertati *tribuere* 7, 37, 3—4. — eadem multitudini exponunt: [multos] equites Aeduorum *interfectos;* ipsos se *occultasse*

atque *fugisse* 7, 38, 5. — quanto res in periculo fuerit, exponunt; castra oppugnata demonstrant; multitudine telorum multos *vulneratos;* magno usui *fuisse* tormenta; Fabium duabus relictis portis *obstruere* ceteras, pluteosque vallo *addere* et se in posterum diem *apparare* 7, 41, 3—4. — Caesar legatos appellat nihil se gravius de civitate *judicare* neque de sua in Aeduos benevolentia *deminuere* 7, 43, 4. — constabat dorsum esse jugi prope aequum; vehementer huic illos loco *timere*, nec jam aliter *sentire;* omnes a Vercingetorige *evocatos* 7, 44, 4—5. — quid iniquitas loci habeat incommodi, proponit; hoc una celeritate *posse* mutari; occasionis *esse* rem, non proelii 7, 45, 9. — exposuit, quid iniquitas loci posset; licentiam (se) *reprehendere;* nec minus se ab milite virtutem *desiderare* 7, 52, 3—4. — ibi ab Aeduis appellatus discit Litaviccum ad Aeduos *profectum; opus esse* ipsos antecedere ad confirmandam civitatem 7, 54, 1. — peditatu se fore contentum dicit; neque fortunam *temptaturum* aut *dimicaturum*, sed perfacile *esse* factu pabulationibus Romanos prohibere 7, 64, 2. — Vercingetorix *venisse* tempus victoriae demonstrat; *fugere* Romanos Galliaque *excedere;* id sibi satis *esse;* ad pacem parum *profici;* majoribus copiis *reversuros* neque finem *facturos;* iter facere non *posse;* si saluti consulant, dignitate *spoliatum iri;* de equitibus ipsos non *debere* dubitare; copias se pro castris *habiturum* et terrori hostibus *futurum* 7, 66, 3—6. — milia hominum LXXX secum interitura demonstrat; ratione inita exigue dierum se XXX *habere* frumentum, sed longius tolerare *posse* parcendo 7, 71, 4.

Lentulus consul se non defuturum pollicetur; se sibi consilium *capturum,* neque senatus auctoritati *obtemperaturum; habere* se quoque receptum. — Loquitur Scipio: Pompejo *esse* in animo rei publicae non *deesse;* si postea velit, senatum *imploraturum* I, 1, 3; 4. — dixerat leniorem sententiam M. Marcellus: non *oportere* de ea re senatum referri; M. Calidius, qui censebat, ut . .; *timere* Caesarem I, 2, 2; 3. — plerique coacti Scipionis sententiam sequuntur: Caesar exercitum dimittat, si non faciat, eum ad-

versus rem publicam facturum *videri* I, 2, 6. — copias suas exponit: legiones *habere* sese paratas X; praeterea *cognitum compertumque* sibi alieno esse animo milites I, 6, 2. — novum introductum exemplum queritur, ut..; Sullam intercessionem liberam *reliquisse*, Pompejum, quae ante habuerint, *ademisse*; (hoc) *factum* in perniciosis legibus I, 7, 4—5. — habere se mandata demonstrat; *velle* Pompejum se Caesari purgatum; semper se rei publicae commoda *habuisse* potiora; Caesarem *debere* iracundiam dimittere I, 8, 3. — petit ab utroque, ne graventur; sibi primam rei publicae *fuisse* dignitatem; *doluisse* se quod..; hanc jacturam aequo animo *tulisse*; ne id quidem *impetravisse*; tota Italia dilectus *haberi*, *retineri* legiones II, civitatem *esse* in armis: quoniam haec omnia *pertinere*; ad omnia se descendere *paratum* atque omnia pati; *fore*, uti controversiae componantur I, 9, 2—6. — (mandatorum) 'haec erat summa: Pompejum in Hispanias *iturum*; non *intermissuros* consules dilectus I, 10, 3—4. — erat iniqua condicio postulare, ut Caesar reverteretur; ipsum legiones alienas *tenere*; exercitum Caesaris *velle* dimitti; dilectus *habere*; *polliceri*, se iturum, neque (diem) *definire* I, 11, 1—2. — (legatos) mittit, qui petant atque orent, ut subveniat; Caesarem facile intercludi *posse* frumentoque prohiberi; se in periculum esse *venturum* I, 17, 1; 2. — milites ita colloquuntur: *obsideri* se a Caesare; opera munitionesque prope *esse perfectas*; ducem suum Domitium fugae consilium *capere*; *debere* se salutis rationem habere I, 20, 2. — legatos mittunt: sese paratos *esse* portas aperire I, 20, 5. — cum custodibus colloquitur: *velle*, si sibi fiat potestas, Caesarem convenire I, 22, 1. — cujus orationem Caesar interpellat: se non maleficii causa ex provincia *egressum* I, 22, 5. — Lentulus, ut reverti liceat, petit; quod impetraverit, *fore* reliquis solatio; adeo *esse perterritos* non nullos, ut.. I, 22, 6. — quem Caesar remittit cum mandatis: *interesse* rei publicae se cum Pompejo colloqui; neque vero idem *profici* longo itineris spatio I, 24, 5. — sese confidere demonstat, fore, ut...; cujus rei magnam partem

laudis ad Libonem *perventuram* I, 26, 4. — hortatur ac postulat ut rem publicam suscipiant; illis se oneri non *futurum,* et per se rem publicam *administraturum;* legatos ad Pompejum mitti *oportere;* neque se *reformidare*, quod Pompejus dixisset; tenuis atque infirmi haec animi *videri;* se vero justitia *velle* superare I, 32, 7—9. — cum his agit, ne (bellum) oriatur, *debere* eos Italiae totius auctoritatem sequi potius quam (uni) obtemperare I, 35, 1. — haec Caesari renuntiant: *intellegere* se divisum esse populum, neque suarum *esse* virium discernere; principes *esse* earum partium Pompejum et Caesarem; parem se voluntatem tribuere *debere* I, 35, 3—5. — uterque idem renuntiat: V milia passuum *intercedere* itineris; inde *excipere* loca aspera; ab hoc hostem prohiberi nihil *esse* negotii I, 66, 4. — plerique censebant, ut iter facerent; *posse* ad angustias veniri; alii, quod conclamatum esset, argumenti sumebant loco, non *posse* clam exiri; *circumfundi* equitatum atque itinera *obsidere;* at lucem multum pudorem *afferre;* locum capi *posse* I, 61, 1—5. — concurrebant legati; omnium *esse* militum paratissimos animos; Afraninos timoris signa *misisse; datum iri* pugnandi facultatem I, 71, 2—4. — milites palam loquebantur sese non *esse pugnaturos* I, 72, 4. — agunt gratias, quod sibi pepercissent; eorum se beneficio *vivere* I, 74, 2. — loquitur Afranius; satis jam *fecisse*, satisque supplicii *tulisse; perpessos* omnium rerum inopiam; nunc *prohiberi* aqua, *prohiberi* ingressu; neque dolorem ferre *posse;* se victos *confiteri; orare* atque *obsecrare*, ne . . . I, 84, 4—5. — Caesar respondit: nulli has partis minus *convenisse;* reliquos officium *praestitisse;* omnium partis in misericordia *constitisse;* duces a pace *abhorruisse;* eos neque jura *servasse*, et homines deceptos *interfecisse; accidisse* igitur his, quod . .; neque nunc se *postulare;* sed exercitus *velle* dimitti; neque alia de causa legiones *missas* in Hispaniam, septimam ibi *conscriptam*, tantas classis *paratas*, *summissos* duces; nihil horum ad usum provinciae *provisum;* omnia haec contra se *parari*; in se (nova) imperia

constitui; in se jura magistratuum *commutari;* in se aetatis excusationem nihil *valere;* in se uno non *servari*, quod . . : omnia se *tulisse* patienter et *esse laturum;* neque nunc id *agere*, uti . . ; se *nociturum* nemini; hanc unam *esse* pacis condicionem I, 85.

Se ad pedes (legatorum) projiciunt; orant, ut adventus Caesaris exspectetur; captam suam urbem *videre;* opera *perfecta*, turrim *subrutam;* itaque ab defensione *desistere;* nullam exoriri moram *posse*, quominus diriperentur II, 12, 3. — amicissime loquebantur; *praeoccupatum* sese ab Cn. Pompejo *teneri* obstrictum fide; necessitudinem cum Caesare *intercedere*; neque se *ignorare* (officium) II, 17, 2. — postea, cum Caesarem detineri cognovit; copias Petreji cum exercitu Afranii *esse conjunctas;* magna auxilia *convenisse,* magna *esse* in spe atque *exspectari* et *consentire* omnem provinciam II, 17, 4. — saepe praedicavit adversa Caesarem proelia *fecisse;* magnum numerum ab eo militum ad Afranium *perfugisse;* haec se certis auctoribus comperisse II, 18, 3. — litterae redduntur; hoc inito consilio *denuntiavisse* Gallonio, ut . . ; si id non fecisset, sibi consilium *capturos;* Gallonium Gadibus *excessisse* II, 20, 3. — ad Caesarem mittit, paratum se *esse* legionem tradere II, 20, 7. — Curio improbans consilium, quantum deesset, tantum superesse dicebat; hos fugae rationem *habere*, illos etiam iniquo loco dimicandum *putare* II, 31, 1.— quis castris praesit; respondent: Saburram II, 39, 1. — his imperat, ut cedant; sese signum *daturum* et, quod rem postulare cognovisset, *imperaturum* II, 40, 2.

Erat haec summa mandatorum: *debere* utrumque pertinaciae finem facere; satis *esse* magna incommoda *accepta;* hoc unum *esse* tempus de pace agendi; non *esse usurum* condicionibus pacis eum, neque *fore* aequa parte contentum; condiciones pacis a populo peti *debere;* ipsis placere *oportere* se exercitum dimissurum; populi judicio *fore* utrumque contentum; omnes suas copias (statim se) *dimissurum* III, 10, 3—11. — loquuntur ambo: *velle* se cum Caesare loqui III, 15, 6. — Libo excusat

Bibulum: ob eam causam colloquium *vitasse;* [Pompeji] summam (suam) *esse* ac *iuisse* voluntatem; sed potestatem nullam *habere; missuros* ad Pompejum, atque illum reliqua *acturum* III, 16, 3—5. — postulabat Caesar ut legatos sibi mittere liceret, idque ipsi fore reciperent; sic belli rationem *esse divisam;* se quoque id *retenturum;* tamen agi *posse* de compositione; neque hanc rem *esse* (impedimento) III, 17, 3—4. — dimissis litteris (se) ea jussu atque imperio *facere* Pompeji, eos sollicitabant III, 22, 1. — jure jurando accepto nihil iis *nocituros* hostes III, 28, 4. — litterae redduntur mare *transisse* Caesarem III, 33, 1. — litterae sunt consecutae Domitium *adesse* neque se praesidium tenere *posse* III, 36, 6. — (mandatorum) haec erat summa: sese nihil adhuc *arbitrari* vitio factum; Scipionem ea *esse* auctoritate, ut...; *praeesse* autem suo nomine exercitui; salutem imperii uni omnes acceptam *relaturos* III, 57, 2—4. — Caesar contionem habuit; recordari *debere*, qua felicitate essent transportati; (detrimentum) cujusvis culpae *debere* tribui; locum se aequum *dedisse; potitum esse* hostium castris, *expulisse* ac *superasse* pugnantes; quod si esset factum, (*futurum*, ut . .) III, 73, 3—5, (6). — nuntios mittit; se *confidere* munitionibus oppidi; longinquam oppugnationem sustinere non *posse* III, 80, 3. — dixit placere sibi ternas tabellas dari iis; unam *fore* tabellam, alteram, tertiam III, 83, 4. — exercitui imperavit, ne concurreret; se vexillo signum *daturum* III, 89, 5. — commemoravit testibus se uti posse; neque se umquam *abuti* militum sanguine, neque rempublicam exercitu privare *voluisse* III, 90, 2.

VI.

Accusativus cum infinitivo subjecti loco.

Accusativus cum infinitivo persaepe usurpatur subjecti loco, sententia enim, quae hanc constructio-

nem suscepit, adeo pro uno vocabulo, pro objecto, usitata est, ut paene unam notionem significans intellegitur, itaque, quamquam formam accusativi habet, eadem forma subjecti locum obtinet. Apud Caesarem hos locos inveni:

a) inf. praes. act.: *affert:* magnam haec res offensionem attulit, idque ita *esse* III, 60, 2. — **animadvertitur**: animadversum est cohortes quasdam *esse* post silvam III, 56, 1. — est animadversum *fumare* aggerem 7, 24, 2. — est animadversum ab legionariis magno sibi esse praesidio *posse*, si ... II, 8, 1. — **auditur**: omnium voces audirentur, exspectari diutius non *oportere* 3, 24, 5. — **cernitur**: cernebatur novissimos illorum *sustinere* extremum agmen I, 64, 1. — **cognoscitur**: homines consilium *capere* cognitum est 6, 20, 2. — cognitum compertumque sibi alieno *esse* animo milites nequi iis *posse* persuaderi, ut ... I, 6. 2. — **confirmatur** (opinio): confirmatur opinio barbaris, nullum *esse* intus praesidium 6, 37, 9. — **constat**: constabat dorsum *esse* ejus jugi prope aequum sed hunc silvestrem et angustum 7, 44, 3. — pecuniam publicam *esse* constabat I, 23, 4. — constabat hiemari in Gallia *oportere* 4, 29, 4. — **dicitur**: quam (partem Galliae) Gallos *obtinere* dictum est 1, 1, 5. — **est**: eas ita dicere: non esse fas Germanos *superare* 1, 50, 5. — maximam putant esse laudem *vacare* agros 4, 3, 1. — quae sit necesse *accidere* victis 7, 14, 10. — id quod necesse erat *accidere* 4, 29, 3. — quod *accidere* tot proeliis fuit necesse III, 87, 3. — quanto detrimento necesse sit *constare* victoriam 7, 19, 4. — quod *eminere* necesse erat I, 41, 4. — eos *paenitere* necesse est 4, 5, 3. — opus esse ipsos *antecedere* ad confirmandam civitatem 7, 54, 1. — neque verum esse (illos) alienos fines *occupare* 4, 8, 2. — magnae fuit fortunae ipsum *effugere* mortem 6, 30, 2. — **facit fidem**: fidem non faceret *adesse* Caesarem 6, 41, 2. — **fugit me**: neque id Caesarem fugiebat, exercitum sustinere non *posse* I,

71, 1. — **intellegitur**: quos *adaequare* apud Caesarem gratia intellegebatur 6, 12, 7. — intellectum est nostros minus aptos *esse* equites autem proelio *dimicare* 5, 16, 1. — **interest**: magni interesse arbitrabatur ejus auctoritatem quam plurimum *valere* 5, 4, 3. — **invenitur**: inventum est magno esse usui *posse*, si... II, 8, 3. — **nuntiatur**: nuntiatum est equites Ariovisti propius tumulum *accedere*, *adequitare* 1, 46, 1. — *adesse* Romanos nuntiatur 6, 4, 1. — nuntiatum est *adesse* Scipionem III, 36, 1. — nuntiatum est equites Ariovisti lapides telaque in nostros *conicere* 1, 46, 1. — nuntiatum est Ariovistum Vesontionem *contendere* 1, 38, 1. — nuntiatur Sulmonenses *cupere* ea facere I, 18, 1. — nuntiatur magnum *ire* agmen 7, 61, 3. — **occurrit**: ad animum occurrit unum *esse* illud tempus 7, 85, 2. — **oportet**: amicitiam populi Romani sibi ornamento *esse* oportere 1, 44, 5. — ipsis *placere* oportere se exercitum dimissurum III, 10, 9. — neque improbos *scire* oportet sese timeri II, 31, 4. — illum ad se *venire* oportere 1, 34, 2. — **percrebuit** (fama): fama percrebuisset (illum non) *audere* proelio dimicare III, 43, 4. — fama percrebuerat pulsum *fugere* Caesarem III, 79, 4. — **placet**: ostendit sibi placere regem atque ejus sororem exercitus *dimittere* et de controversiis jure apud se potius quam inter se armis *disceptare* III, 107, 2. — **pronuntiatur**: pronuntiari jubent seu quis Gallus velit transire, sine periculo *licere* 5, 51, 2. — **renuntiatur**: renuntiatum est facilem *esse* (ascensum) 1, 21, 2. — renuntiatur Helvetiis *esse* in animo iter facere 1, 10, 1. — **significatur**: putant hac re significari magnum numerum civitatium suam vim sustinere non *posse* 4, 3, 1.

b) inf. perf. act.: **cognoscitur**: simulatque sit cognitum *consensisse* Gaditanos principes II, 20, 2. — **constat**: quae (milia equitatus) *convenisse* constabat 3, 26, 6. — constabat simulacrum victoriae ad valvas se templi limenque *convertisse* III, 105, 3. — quem *dixisse* constabat excitari se, neque commissurum 7, 47, 7.

— nunquam illis locis majores aquas *fuisse* constaret I, 48, 1. — quem numerum barbarorum ad castra *venisse* constabat 3, 6, 2. — Scipionem in Macedoniam *venisse* constaret III, 57, 1. — **demonstratur**: quem *fuisse* Corfinii supra demonstratum est II, 28, 1. — quos *substitisse* demonstratum est II, 42, 5. — **existimatur**: ut facile existimari posset nihileos de eventu ejus diei *timuisse* III, 96, 1. — **nuntiatur**: nuntiatur Afranio magnos commeatus ad flumen *constitisse* I, 51, 1. — nuntiatum est Ariovistum tridui viam *profecisse* 1, 38, 1.

c) inf. fut. act.: **auditur**: militum voces audirentur sese contra hostem *ituros*, contra civem arma non *laturos* III, 31, 4. — voces militum audiebantur prius se cortice *victuros* quam Pompejum *dimssuros* III, 49, 1. — **constat**: Caesarem primum [*esse*] bellum *gesturum* constabat 3, 9, 9. — **persuadetur**: sibi persuaderi eum gratiam (Caesaris non) *repudiaturum* 1, 40, 3. — **placet**: ipsis placere oportere se exercitum *dimissurum* III, 10, 9. — **pronuntiatur**: pronuntiari jubent post id tempus non *fore* potestatem 5, 51, 2. — pronuntiatur prima luce *ituros* 5, 31, 4.

d) inf. praes. dep.: **cernitur**: cernebatur nostros rursus conversos (hostes) *insequi* I, 64, 1. — **constat**: multa genera ferarum *nasci* constat 6, 25, 5. — **est**: constituerunt optimum esse domum suam quemque *reverti* 2, 10, 4. — **interest**: interesse reipublicae se cum Pompejo *colloqui* I, 24, 5. — **nuntiatur**: nuntiatum est eos per provinciam iter facere *conari* 1, 7, 1. — **oportet**: damnatum poenam *sequi* oportebat 1, 4, 1. — neque prudentes *suspicari* oportet sibi parum credi II, 31, 4. — **respondetur**: responsum est Aulum Varronem se *profiteri* venturum III, 19, 4.

e) inf. perf. dep.: **animadvertitur**: animadversum est longius a vallo *esse* aciem Pompeji *progressam* III, 85, 4. — **debet**: non nequiquam tantae virtutis homines judicari deberet *ausos esse* transire flumen, ascendere

ripas, subire locum 2, 27, 5. — **proditur**: quos *natos* in insula ipsi memoria proditum dicunt 5, 12, 1.

f) inf. praes. pass.: **animadvertitur**: animadversum est cohortes quasdam in vetera castra *duci* III, 66, 1. — **cernitur**: cernebatur equitatus nostri proelio novissimos illorum *premi* vehementer ac non nunquam *interrumpi*; alias *inferri* signa et universarum cohortium impetu nostros *propelli* I, 64, 1. — **cognoscitur**: homines *terreri* et ad facinus *impelli* cognitum est 6, 20, 2. — **est**: quas *commemorari* necesse non est III, 66, 7. — erat tantas munitiones *fieri* necesse 7, 73, 1. — quod *fieri* necesse erat 5, 33, 6. — eam partem *nudari* necesse erat et tela *recipi* 5, 35, 2. — quod procul *videri* necesse erat I, 41, 4. — nihil esse negotii legionem *interfici* 5, 38, 4. — ab hoc hostem *prohiberi* nihil esse negotii I, 66, 4. — commodissimum esse statuit, omnes naves *subduci* et cum castris una munitione *conjungi* 5, 11, 5. — non minus necessarium esse existimavit Pompejum *fieri* certiorem III, 11, 1. — proelium *committi* ex usu esset necne 1, 50, 4. — **habet**: quantum usum haberet id *fieri* celeriter III, 80, 6. — **intellegitur**: prius, quam intellegeretur ab Afranio castra *muniri* I, 41, 5. — **interest**: quanto opere rei publicae communisque salutis intersit manus hostium *distineri* 2, 5, 2. — magni interesse existimans tantas *videri* Italiae facultates 6, 1, 3. — **licet**: id per se *fieri* licere 1, 42, 1. — **nuntiatur**: nuntiatur sonitum remorum *exaudiri* 7, 61, 3. — nuntiatur aquatores ab equitatu *premi* nostro I, 73, 2. — Caesari nuntiatur Sulmonenses *prohiberi* I, 18, 1. — nuntiatur milites navibus *transportari* 7, 61, 3. — **oportet**: ipsi neque locum *dimitti* censuerant oportere I, 44, 3. — quid *fieri* oporteret 2, 20, 3. — oporteretne Lucilii Hirri absentis rationem *haberi* III, 82, 5. — non oportere sese a populo Romano in suo jure *impediri* 1, 36, 2. — vicos atque aedificia *incendi* oportere 7, 14, 5. — oppida *incendi* oportere 7, 14, 9. — legatos ad Pompejum *mitti* oportere I, 32, 8. — si judicium senatus *observari* oporteret 1, 45, 3. — si antiquissimum tempus

spectari oporteret 1, 45, 3. — **percrebuit** (fama): fama percrebuisset illum a Caesare *obsideri* III, 43, 4. — **pervenit** (fama): ad Germanos pervenit fama, *diripi* Eburones neque ultro omnes ad praedam *evocari* 6, 35, 4. — **placet**: quid quoque pacto *agi* placeat 7, 83, 5. — reliqua *agi* placeat 7, 37, 7. — dixit placere sibi ternas tabellas *dari* iis III, 83, 3. — sibi nunquam placuisse Avaricum *defendi* 7, 29, 4. — **potest**: ut *dici* posset eos ab se circumventos 1, 46, 3. — ut facile *existimari* posset nihil eos timuisse III, 96, 1. — **praestat**: quanto haec *dissimulari* et *occultari,* quam per nos *confirmari* praestet II, 31, 5. — quod praestare arbitrabantur unum locum, quam omnia litora ac portus custodia clausos *teneri* III, 23, 1.

g) inf. perf. pass: **animadvertitur**: cum esset animadversum munitionem *conjunctam esse* flumini III, 68, 3. — **constat**: ejus enim opera castellum *conservatum esse* constabat III, 53, 4. — pecuniam constabat *datam* a Pompejo in stipendium I, 23, 4. — quos ab iis *dilectos esse* constabat 6, 19, 4. — **demonstratur**: quem *missum* in Hispaniam demonstratum est I, 38, 1. — **dicitur**: ut dici posset eos ab se *circumventos* 1, 46, 3. — **persuadetur**: ut quibus esset persuasum ab amicissimo Ambiorige consilium *datum* 5, 31, 6. — **valet**: tantum valuit, *esse repertos* principes inferendi belli 5, 54, 4.

Legitur ergo constructio subjectum verborum *constat*, *interest*, *licet*, *oportet* impersonalium, *animadvertitur*, *cernitur*, *cognoscitur*, *demonstratur*, *dicitur*, *existimatur*, *intellegitur*, *invenitur*, *nuntiatur*, *persuadetur*, *proditur*, *pronuntiatur*, *renuntiatur*, *respondetur*, *significatur* passivorum, *debet*, *placet*, *potest*, *praestat*, *valet* activorum impersonaliter sumptorum; etiam locutiones *offensionem affert*, *fidem facit*, *usum habet; ad animum occurrit; alicujus est; nihil negotii est;*

laus est; fas, necesse, opus est; ex usu est; necessarium, verum, commodissimum, optimum est praedicati locum suscipiunt. — Appositionis subjecti locum occupat accusativus cum infinitivo constructus cum his sententiis: voces *audiuntur*; opinio *confirmatur*; id me *fugit*; fama *percrebrescit*; fama *pervenit.*